Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
31 G
34

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTRVCTIO
NOVITIORVM
PER
FR. IOANNEM
A IESV MARIA
CARMELITAM DISCALCEATVM
CALAGVRITANVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,
Apud Carolum Vulliettum. MDCV.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

REV.DO ADMODVM P.

FR. PETRO
A MATRE DEI

CONGREGATIONIS FRATRVM
Carmelitarum Diſcalceatorum
Procuratori Generali
digniſſimo.

Fr. Ioannes à Ieſu Maria S.

VNiuerſæ Reſp. quantumuis legibus armatæ R. P. parum accurata pueritiæ, ac adoleſcentiæ diſciplina interire ſolent; quod & ſacris oraculis, & profanis aſſertis vulgatiſsimum eſt. nec vlla peſtis (vt ad rem noſtram accedam) communi, ac diuino inſtituti Monaſtici bono exitioſior vn-

quam accidit, quàm ætas illa prima negligentiùs inſtituta. Quod enim ſemel hauſit, ad ſenectutem vſque ſeruat; & periculum perfectioni Patrum antiquorum multis laboribus conquiſitæ præſentiſsimum creat. Nec verò temerè ſperandum eſt, vt vitæ licentia, quaſi ſuctu lactis concepta, & annorum excurſu in callos multos obdurata, increpationum, vel exercitiorum ſeueritate ſit coërcenda: rem quippe hanc difficiliorem multò, quàm ſceleſtorum hominum ſæcularium reſipiſcentiam, grauiſsimos Patres cenſuiſſe, compertum eſt.

Cùm ergo exactior educatio, bona immenſa pariat, & mala imminentia præcaueat; non ex propria (qua me carere facile perſpicio) ſed è Sanctorum doctrina inſtituto noſtro appoſitam nouorum Fratrum inſtitutionem excerpſi: quam (velut opus imperfectum acriore iudicio

tuo,

tuo,& prudentia multis experimentis par ta limandum, & perficiendum) tibi R. P. dicandam exiſtimaui. Mihi certè labor hic exiguus eò contulit, vt dum, quid facto opus ſit, ad aliorum mores expoliendos, & animos Deo conciliandos cogito, inopiam meam introſpiciam, & culpas innumeras à Clementiſsimo Deo deprecer: ſperemque fore (poſtquam opus te authore R. P. abſolutum fuerit) vt illi qui lectione hac, ad profectum vtentur, Deo cultum, tibi laudem, mihi emolumentum aliquod allaturi ſint. Accipe igitur humanè R. P. ſubditi votum, ac eruditione cæleſti, qua polles, perfice: & ad Congregationis noſtræ bonum, quod multis acceſsionibus à te promouetur, diutiſsimè vale.

Fr. Fer-

quam accidit, quàm ætas illa prima negligentiùs inſtituta. Quod enim ſemel hauſit, ad ſenectutem vſque ſeruat; & periculum perfectioni Patrum antiquorum multis laboribus conquiſitæ præſentiſsimum creat. Nec verò temerè ſperandum eſt, vt vitæ licentia, quaſi ſuctu lactis concepta, & annorum excurſu in callos multos obdurata, increpationum, vel exercitiorum ſeueritate ſit coërcenda: rem quippe hanc difficiliorem multò, quàm ſceleſtorum hominum ſæcularium reſipiſcentiam, grauiſsimos Patres cenſuiſſe, compertum eſt.

Cùm ergo exactior educatio, bona immenſa pariat, & mala imminentia præcaueat; non ex propria (qua me carere facile perſpicio) ſed è Sanctorum doctrina inſtituto noſtro appoſitam nouorum Fratrum inſtitutionem excerpſi: quam (velut opus imperfectum acriore iudicio

tuo,

tuo,& prudentia multis experimentis parta limandum, & perficiendum) tibi R. P. dicandam exiſtimaui. Mihi certè labor hic exiguus eò contulit, vt dum, quid facto opus ſit, ad aliorum mores expoliendos, & animos Deo conciliandos cogito, inopiam meam introſpiciam, & culpas innumeras à Clementiſsimo Deo deprecer: ſperemque fore (poſtquam opus te authore R. P. abſolutum fuerit) vt illi qui lectione hac,ad profectum vtentur, Deo cultum,tibi laudem, mihi emolumentum aliquod allaturi ſint. Accipe igitur humanè R. P. ſubditi votum, ac eruditione cæleſti,qua polles,perfice: & ad Congregationis noſtræ bonum, quod multis acceſsionibus à te promouetur, diutiſsimè vale.

Fr. Fer-

FR. Ferdinandus à Sancta Maria Præpoſitus Generalis Congregationis Italicæ Carmelitarum Diſcalceatorum. Inſtructionem hanc à R. P. Fr. Ioanne à Ieſu Maria prædictæ Congregationis Sacerdote profeſſo compoſitam, & à probatis Theologis perluſtratam & commendatam probo, vt de conceſſu Reuerendiſs. D. Vicesgerentis, ac Reuerendiſs. P. Magiſtri Sacri Palatij typis mandetur. Datum Neapoli 14. Kal. Iulij 1605.

Fr. Ferdinandus à S. Maria
Præpoſitus Generalis.

Locus ✱ ſigilli.

Reuerendiſſ. D. Apoſt. Sacri Palatij Magiſter.

PErlegi hunc Librum eleganti ſermone conſcriptum, & inoffenſo pede tranſegi. Conſona ſunt enim omnia, Diuinis Oorthodoxæ fidei decretis pro rectè efforꝑmandis moribus ad Regularis diſciplinæ exercitationem, cunctis ad Euangelicam perfectionem aſpirantibus, ſummopere profutura, ſi quantocius excudatur.

Ita refero D. Gabriel Lotterius Congreg.
Cler. Reg. S. Silueſtri.

Imprimatur ſi placet R. P. Magiſtro S. Palatij.
B. Gypſius Viceſger.

Imprimatur. Fr. Paulus de Francis de Neap. Magiſter & Socius Reuerendiſs. P. M. S. Pal. Apoſt.

CAPI-

CAPITA TOTIVS
Inſtructionis Nouitiorum.

Præfatio exhortatoria. 1
Partitio totius inſtructionis, & ſtatus noſtri. 7
Pars prima de paſsionibus.
De paſſionibus in commune. Cap. I. 10
De amore, concupiſcentia, ſiue deſiderio, delectatione, ſiue gaudio. Cap. II. 14
De remedijs amoris, concupiſcentiæ, ſiue deſiderij, delectationis. Cap. III. 17
De paſſionibus odij, fugæ, ſiue abominationis, & triſtitiæ, ac eorum remedijs. Cap. IIII. 23
De paſſionibus ſpei, & audaciæ, ac eorũ remedijs. C. V. 31
De paſſionibus deſperationis, timoris, & iræ, ac eorum remedijs. Cap. VI. 35
De nonnullis annotationibus in tractatum paſſionum. Cap. VII. 42
De tentationibus. Cap. VIII. 57
Pars Secunda de virtutibus.
De virtutibus in commune. Cap. I. 54
De fide. Cap. II. 59
De ſpe. Cap. III. 71
De charitate. Cap. IIII. 81
De virtutibus moralibus in commune. Cap. V. 94
De obedientia. Cap. VI. 99
De caſtitate. Cap. VII. 111
De paupertate. Cap. VIII. 121
De pœnitentia. Cap. IX. 129

De ab-

PRAEFATIO
EXHORTATORIA.

1 VT elementa exordij ſermonum Dei, Beatiſſ. Virginis noua proles in ſcholam iuſtitiæ ingreſſa perdiſcat, Fratres noſtri, quaſi modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, dulciſſimum lac matris amantiſſimæ concupiſcant.

2 Auidos quippe ſuauiſſimæ illius eruditionis animos fœliciter progreſſuros deſideria primùm concepta demonſtrant: vt ſpe gaudentes perfectionis Chriſtianæ curſum tantò alacriùs arripiant, quanto maiora confidunt.

3 Quid autem maius, vel ſperari, vel mente concipi poſſit, quàm ſub auſpicijs Reginæ cælorum ſereniſſimæ, quæ poſt ortum filij ſui primogeniti, fratres noſtros ſecundò genitos virgineo partu, in Congregationis noſtræ lucem edidit, viam ſalutis carpere, & ad regnum feſtinare?

4 Profectò ſpes animos exhilarat, vt exultent ad percurrendam viam optatiſſimæ Hieruſalem, quæ ædificatur vt Ciuitas, æuo ſempiterno, permanſura: nec vlla lætitiæ cauſa vberior eſſe poteſt, quàm in exilio Babylonis, è cuius ſalicibus organa ſuſpenduntur, quaſi nullum vnquam

lætitiæ ſonum redditura, firmitudine ſpei, quæ ſoluendos compeditos pollicetur, ad ſupernæ vocationis brauium animari.

5 At vt fratres noſtri ſe ad futura, pro regno certamina comparent, opus eſt, rerum gerendarum ſe præmeditatione diſponant: animaduertere quippe debent, quo è ſtatu eruti, in quem ſtatum aſſerti fuerint, & in quem demum ſtatum aſpirent: quid ab eis clementiſſimus Deus ad ruinã culparum reparandam, & quod moliuntur, ædificium abſoluendum exquirat.

6 Gratis nempe vocati, gratiam pro ſupplicio receperunt: at æquiſſimus Deus, qui ſolus cœpit opus bonum, ſedulitatem multam ab eis requirit, vt vnà cum ipſis opus cœptum perficiat: qui enim ſine operibus gratiam indulſit, non niſi pro bonis operibus, præmium cæleſte rependet.

7 Iuxta conſilium ergo Magni Præceptoris, fratres noſtri ſemetipſos introſpiciant, ſumptus, qui ad opus perficiendum neceſſarij ſunt, computaturi; & partes hominis culpam lapſi, auxilio gratiæ reparandi perſpicaciter explorent.

8 Communis quippe vniuerſorum hominum, qui è culpæ morte, ad vitam gratiæ diuinæ reſurgunt, conditio eſt, vt licèt mente ſeruiant legi Dei, carne ſeruiant legi peccati: quibus verbis Apoſtolus de ſe ipſo agens vſus eſt, vt inferiorem hominis partem à ſuperiore diſcerneret.

Poſt-

9 Poſtquam enim Adam prolapſus in culpam originalis iuſtitiæ, vincula, quæ hominis partes in officio continebant, infæliciter diſſoluit; quicumque ad ſtatum gratiæ ſuſcitantur, tametſi, quod ad ſuperiorem hominis partem, intellectum ſcilicet, ac voluntatem ſpectat, reformentur, vt æternæ legis rationes intelligere, ac diligere poſſint; partis tamen inferioris, quæ ſenſibus, tum internis, tum externis, & appetitu ſenſitiuo conſtat, rebellione vexantur, quam ſenſit Apoſtolus aiens: Sentio in membris meis aliam legem repugnantem legi mentis meæ.

10 Hæc palæſtra eſt, in quam fratres noſtri exuentes veterem hominem, & Spiritus ſancti vnctione delibuti luctaturi deſcendunt; vt ſui partem inferiorem turpiter deformatam, cæleſti auxilio, ac labore multo, ad ſuperioris partis præſcripta reforment.

11 Opus certe arduum, quod & interno, & externo conflictu peragendum eſt; dum homo ſibi ipſi bellum indicit, & ad paſſiones proprias expugnandas, virtutes exquirendas, ſenſus ab imaginibus creaturarum repurgandos armatur.

12 Cæterum merces ampliſſima eſt, quæ illum quoque mouere potuit, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem: quo nihil in hoc genere ſublimius, vel efficacius dici poteſt.

13 Quapropter miles nouus ſpectantæ mercedis erectus, timorem quemuis obrepentem excutiat; & idem, quod olim Abrahæ, modò ſibi oracu-

lum redditum exiſtimet : Noli timere Abraham: ego protector tuus ſum, & merces magna nimis.

14 Non poterunt ſanè milites ignaui è ciſterna Bethlehem aquam puriſſimam haurire, hoc eſt, ad honeſtiſſimum Virginis filium, fontem aquæ viuæ, peruenire: qui per media obſtantium inimicorum caſtra non audacter irrumpunt.

15 Fortiſsimè igitur, pro tanto bono, ſub protectore tanto, ad operis arduitatem ſuperandam animus erigendus, & rerum excelſarum cogitatione incitandus eſt, ne quid ex propria fragilitate formidet.

16 Nihil enim Chriſti militibus ad grãdia vocatis timore peius nocere, aut compendioſiùs magnanimitate prodeſſe poteſt: timor quippe innumera Iſraelis millia Aegypto dedita conſumpſit; magnanimitas verò paucos plurimis meliores in feraciſsimam promiſſionis terram inuexit.

17 Qui ergo recenſeri cupiunt inter paucos illos, qui contendunt intrare per anguſtam portam, arctamq. viam, quæ ducit ad vitam, multa expeditione conficere; ipſo propoſito aſtringuntur ad ignauiam omnem depellendam, & more ſexaginta fortium Iſrael, enſes ad prælia diſtringendos.

18 Qui vicerit, accipiet calculum candidum ineffabili quodam nomine inſcriptum, quod erit æternum partæ nobilitatis monumentum: & in

regio-

regione viuorum, qui exultant perenniter in gloria, & lætantur in cubilibus ſuis, comparabit domum abſque tributo: non enim erit ampliùs neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia vetera tranſierunt.

19 Tranſit nempe labor multitudinis, & remanet pax vnitatis, quam fidelia corda requirunt: momentaneum quippe hoc, & leue tribulationis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in cęlis, (aiente Ieſu Chriſto,) qui eſt pax, & gloria noſtra: Vos qui ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.

20 Hæc ſunt verba quæ Monachis clauſtra replent, deſerta Anachoretis: hæc ſunt verba quæ Aegyptum expoliant, & optima quæq. eius vaſa diripiunt: hic ſermo viuus, & efficax conuertens animas fęlici æmulatione ſanctitatis, & veritatis promiſſione fideli.

21 E terra igitur ſæculi deſerta, loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis euocati Fratres noſtri; & ſuper excelſam Religionis terram, vt comedant fructus agrorum, & ſugant mel de petra viua, conſtituti, propoſitam inſtructionem attentiſsimè legant, & obſeruent.

22 Habent enim ad capita certa redactam doctrinam omnem, quæ ad clauſtri diſciplinam ſpectat, paſsionum, tentationum, virtutum, vitiorum, donorum Spiritus ſancti fructuum, beatitudinum, orationis, deuotionis, ac demum exercitiorum, quibus inſtituti noſtri perfectio paratur:

Vt quamuis iuniores fratres librorum aliorum lectione carerent, ſatis hinc inſtitutionis, ad explenda noſtri ſtatus officia poſſent haurire.

23 Quamobrem ſepoſitis curis alijs, quæ minùs proſunt, huc omnes vires animi cogant; & per oſtenſam eis viam ad Chriſtianæ perfectionis faſtigium ſub Ieſu Chriſti D. N. ac Beatiſſ. Virginis vexillo feſtinent.

PARTI-

PARTITIO TOTIVS INSTITVTIONIS, AC STATVS NOSTRI.

1 OMNIS fratrum noſtrorum diſciplina, ad quatuor redigitur partes, ad mortificationem paſsionum, ad virtutum acquiſitionem, ad ſtudium orationis, ad cœnobiticæ vitæ actus, ſiue omnibus communes, ſiue alicui peculiares.

2 Oportet quippe, ad vitam Monaſticam rectè inſtituendam, indomitas paſſiones, quæ in ſæculo vitiorum ſeminaria fuere, ſubiugare: virtutes, quæ defuere, animo inducere; ac mentem rebus caducis olim intentam, Deo per orationis ſtudium conciliare; vt ijs demum officijs, ſtatui noſtro, per communes actus ſatisfiat.

3 Perfectio enim ſtatus noſtri tanta eſt, vt partes eas omnes, à cultoribus ſuis expoſcat, & ad obtinendum, quod requirit, appoſita valde media præſcribat. Fert enim ſecum, quotidianis vitæ communis exercitijs, multiplices actus ad paſſiones edomandas, ad virtutes acquirendas, ad orationis peritiam comparandam; vt ad diuinæ charitatis, ac proinde totius legis finem pertingat.

4 Tribus primum votis, obedientiæ ſcilicet, quę animum Deo ſociat; caſtitatis, quæ carnis curam; paupertatis, quæ bonorum externorum ſollicitudinem excludit, animos ad Dei vnionem acriter vrget: & vt ab omnibus eos laqueis expediat, quartum, non ambiendi votum apponit.

5 Vtitur Regulæ præſcriptionibus, ad ea vota perfectiùs obſeruanda mirum in modum opportunis: nihil enim tametſi minimum, niſi in verbo Domini, hoc eſt, ſuperioris iuſſu fieri permittit, qui obedientiæ cultus eſt: orationem perennem, receſſum, abſtinentiam ab eſu carnium, longa ieiunia, ſtrictiſſimum ſilentium, & id genus alia præcipit, quæ caſtitatem velut arce tuta ſeptam cuſtodiunt: rerum temporalium vſum neceſſarium adeò parcè concedit, vt non res ſuperfluas, etſi modicas tantùm, ſed verba quoq. prohibeat: ne quis aliquid ſibi proprium eſſe dicat: qui paupertatis eximius decor eſt.

6 Vtitur etiam ſtatus noſter monitis conſtitutionum, quæ ſunt quædam Regulæ deriuationes, multa Patrum noſtrorum conſilia Regulæ ipſi affinia complectentes; quibus, quicquid ad hominem totum perfectionis Monaſticæ partibus componendum ſpectat, comprehenditur, & adiunctis inſtructionibus perficitur.

7 Denique cum inſtituti noſtri finis duplex ſit, alter & potior, contemplatio, alter vero, actio; ſic ſtatus noſter omnia prædicta temperat, vt

non

non modo ad propriam, ſed ad proximorum quoq. ſalutem animos inſtruat: ne quid ad Chriſtianæ perfectionis abſolutionem deſideretur.

8 Hæc ſi noui fratres initio curſus exactè præſtare poſſent, inſtructione alia non indigerent: at, quia nequeunt, opus eſt peculiarem quandam methodum eis proponere, qua, ſtatus noſtri, quam totius vitæ decurſu ſeruaturi ſunt, doctrinam ediſcant. Partes ergo quatuor ſuperiùs recenſitas, eadem ſerie, qua propoſitæ ſunt, tractatibus quatuor perſequemur.

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA
DE PASSIONIBVS.

De Paſſionibus in commune. *Cap.* I.

1 FIERI nequit, vt victoriam quis pariat, qui hoſtes ſuos minimè dignoſcit: ac eò quidem magis hoſtium ingenia pernoſcere opuseſt, quo acriùs infeſtant, & grauiùs nocent: Scripturæ autem ſacræ, ac ſanctorum Patrum aſſertionibus conſtitutum eſt, impugnationem propriorum ſenſuum, eſſe omnium ſæuiſſimam, & grauium periculorum feraciſſimam.

2 Sæuitiam ſatis Apoſtolus indicauit illo mortis voto: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? grauiſſima verò pericula illo planè Apoſtolico effato: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne fortè, cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar: quaſi diceret: Nihil mihi conſcius ſum, & viribus diuinis armatus incedo, at ne ſenſus vehementer efferueſcat, tempus anteuerto, & matura caſtigatione præcaueo.

3 Ratio verò apta ſuffragatur; hoſtes enim domi

mi

mi ſunt nati, qui cum expelli non poſſint, quos ſæuitia proſtrare nequeunt, improbitate delaſſant: vt virorum ſanctitate illuſtrium multiplex caſus inſperatus oſtendit. Ex quo ſanè liquet paſſionum doctrinam ijs præſertim, qui eas minimè domuerunt, eſſe ſummoperè neceſſariam: præterquàm quòd ad affectiones diuinas intelligendas, quibus opportuno tempore, fratres noſtri erudiendi ſunt, mirificè prodeſt.

4 Paſſio ergo, vt à definitione, ducamus initiū, quod ad noſtrum pertinet inſtitutum, nihil eſt aliud, quàm motus appetitus ſenſitiui ad imaginationem boni vel mali, cum aliqua corporis immutatione; quaſi clariùs diceremus: Eam impreſſionem, qua excitatur appetitus, ex imagine boni, vel mali, internis ſenſibus concepta, vnde corporis immutatio ſubit, eſſe paſſionem.

5 Paſſio autem ſic deſcripta, in ſolo reſidet appetitu ſenſitiuo, qui ex duabus partibus, Concupiſcibili, quæ in iecore, & Iraſcibili, quæ exiſtit in corde, componitur. Actus verò voluntatis, qui nominibus paſſionum appellantur, non paſſiones propriè, ſed actus ſimplices ſunt.

6 Paſſiones ergo propriæ ſunt numero vndecim, è quibus ſex, quæ bonum, ſeu malum abſolutè reſpiciunt, in Concupiſcibili; quinque autem, quæ bonum malumuè arduum inſpectant, in Iraſcibili naſcuntur; ſed omnes vndecim, perficiuntur in corde, quod omnibus ijs motibus vrgetur.

Sex

7 Sex illæ Concupiſcibilis paſſiones,ſunt,amor, in bonum primò conceptum: deſiderium,ſeu cõcupiſcentia,in bonum quod nondum adeſt: gaudium, ſeu delectatio in bonum præſens:odium,à malo primum concepto: fuga ſiue abominatio,à malo nondum præſenti : triſtitia ſeu dolor, ex præſenti malo.

8 Quinque illæ,quæ in Iraſcibili ſedem habent, ſunt ſpes in bonum árduum: audacia aduerſus malum arduum;deſperatio à bono arduo;timor à malo arduo; ira contra malum arduum.

9 Omnes vndecim paſſiones verſantur circa res,quæ ſenſibus externis, & internis percipiuntur; & tria illa bona mundo iucundiſſima honeſtum, vtile, delectabile proſequuntur, malaq. contraria perhorreſcunt: honeſtum autem, non pro decoro, quod à veris virtutibus exoritur, ſed pro exiſtimatione, honoreuè mundi poſitum eſt.

10 Eſt autem hoc ingenium Concupiſcibilis, vt bona illa tria, & oppoſita eis mala, iuxta propriam illorum naturam expendat, & ſic aut benè, aut malè afficiatur: Verùm quia bonis frui ſæpe non valeret, ob difficultates multas, quibus obſidentur, ad naturæ opus pertinuit,vt pars Iraſcibilis adeſſet, quæ obſtaculorum arduitatem ſuperaret, & Concupiſcibilem in tranquilla bonorum poſſeſſione conſtitueret.

11 Sed bona hæc,cum mente noſtra indigna ſint, & præſentis oblectationis irritamento, totum homi-

hominem vehementer commoueant, paſsiones illo pabulo tractæ, ac efferatæ, in ſuperioris partis arcem impetum faciunt; &, aut eneruatam proſternunt, aut renitentem perturbant.

12 Quamobrem, vel ex ijs, quæ hucuſq. deprompſimus, qui è ſæculi luxu, in Monaſticæ diſtrictionis ſcholam traducti ſunt, perſpicere poſſunt quale bellum inteſtinum eis immineat, & à quot hoſtibus infeſtandi ſint.

13 Eſt ad rem colliſio illa Iacob, & Eſau in vtero Rebeccæ pugnantium, quæ adeò torſit matrem, vt (paulò minùs) anteacti conceptus illam pœniteret: Sed conſuluit Deum, qui reſpondit: Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex vtero tuo diuidentur: populuſq. populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.

14 Sic certè in vno velut vtero, qui ad clauſtra confugiunt, duos quaſi populos gerunt; quos in ſæculo geſtauere concordes; ſed in veſtibulo domus Dei ſentiunt eſſe diſcordes; quia iam alterum impugnare, ac pro altero ſtare cœperunt: ſed bono animo ſint: quia oraculum eſt, alterum alteri, non ſanè, vt olim, maiorem minori, ſed inferiorem hominem ſuperiori, pace de bello parta, ſeruiturum.

15 At poſtquàm, in commune, de paſsionibus, quæ ſcitu digniora ſunt viſa, protulimus, ad ſingularum examen accedamus. Illud verò præmonere opus eſt; oportere, partis huius primæ capita oculatiùs, ac lentiùs, quàm reliqua legere,

re, quòd ſingulæ ferè lineæ totidem aſſerta ſaluberrima ſint: quæ niſi altè percipiantur interioris hominis peritia parari nequit.

De amore, concupiſcentia ſiue deſiderio, delectatione ſiue gaudio. Cap. II.

1 Concupiſcibilem Iraſcibili priorem eſſe, ac proindè illius paſſiones primo loco excitari, eaſdemq. originem, ac finem paſſionum Iraſcibilis eſſe, vniuerſorum Philoſophorum, ac Theologorum conſenſio eſt.

2 Succurrit idonea ratio: non enim quis ſperat, ſiue deſperat, (quæ ſunt paſſiones Iraſcibilis,) niſi quod priùs amat, & cupit (quæ ſunt Concupiſcibilis:) neque per Iraſcibilem audet contra malũ, aut verò timet malum, niſi, quod per Concupiſcibilem priùs odit: odiſſe verò non poteſt, niſi, quod bono, priùs amato diſſentit.

3 Ex his efficitur non ſolùm Concupiſcibilem Iraſcibili priorem eſſe; verùm paſſiones omnes ab amore, prima videlicet Concupiſcibilis paſſione, cui reliquæ omnes conſertæ ſunt, originem ducere: nemo enim cupit, aut delectatur, niſi eo quod amat, aut odit, fugit, ſeu triſtatur, niſi ob malum, quod opponitur bono, quod amat: aut ſperat, ſiue deſperat niſi bonum, quod amat: ſeu timet, audet, iraſcitur, niſi in malum, quod obſtat bono, quod amat.

4 Amorem ergo ſic deſcribere poſſumus: Amor

eſt

eſt primus motus, quem bonum infert appetitui: quaſi diceremus apertiùs: illam impreſſionem primam, qua ex cognitione boni alicuius appetitus afficitur, dum ei bonum cognitum placet, eſſe amorem.

5 Congruit ſimilitudo ex naturæ operibus petita: quemadmodum enim vnumquodque generans confert primùm genito formam, mox verò motum formæ conſentaneum; vt cum ignis aërem inflammat, formam priùs igneam, deinde motum igneum in altiora imprimit. Sic bonum quoduis, non ſolùm ſenſui, qui boni concipit imaginem, ſed appetitui quoque media illa ſenſus imagine, quandam velut formam imprimit; hoc eſt, amorem, qui eſt quaſi amantis forma, & per amorem excitat motum deſiderij, quo appetitus in bonum ipſum, circulo peracto recurrit.

6 Hinc liquet, quid ſit concupiſcentia, (quæ, cum rationem comitatur, dicitur deſiderium) eſt enim quædam amoris extenſio, ſiue progreſſio; ac ſi diceremus: Eum motum, vel greſſum, quo appetitus, cui bonum arridet, ad bonum ipſum tendere incipit, eſſe concupiſcentiam. Poſtquàm enim appetitui placuit bonum (qui eſt amoris motus) ſe ipſum appetitus expandit, & ad bonum capiendum exporrigit (qui eſt motus concupiſcentiæ, ſiue deſiderij) quo ſanè motu à bono ipſo trahi dicitur.

7 Rapidè fertur, quia voluptate trahitur: ideò

ſolet

ſolet deſiderium inualeſcere, ſi voluptate frui non detur vſque ad ardorē quendam, qui appellatur feruor; & eſt amoris effectus, quem ſolet comitari languor, alius ſcilicet amoris effectus, qui eſt grauiſsima quædam mœſtitia quæ ſolet hominem interimere.

8 Si verò bonum concupitum ex voto ſuccedat, ſubit delectatio, (quæ ſi cum rationis opere ſit, gaudium appellatur) & eſt motus animæ in bono, quod ſibi placet conſtitutæ: quaſi planiùs diceremus; motum illum, quo appetitus percipit bonum, quod cupiebat, in cuius amplexu, ſeu poſſeſsione conſtitutus eſt, eſſe delectationem, ſeu (quod eſt idem) fruitionem.

9 Paſsio hæc, vna è potiſsimis eſt, & videtur omnium efficaciſsima: complet enim amoris motum: & in ea vires ſuas omnes amor exercere videtur: nam cum effectus amoris multi ſint, putà (præter feruorem, & languorem nuper explanatos) ecſtaſis, liquefactio, vnio, mutua inhæſio, penetratio, zelus, in amplexu præſentis boni ferè omnes inualeſcunt.

10 Ecſtaſis quippe, quæ ſignificat exitum appetitus à ſe ipſo, vt exiſtat in bono, quod affectat, dum bonum adeſt, vires acquirit: liquefactio, quæ eſt quædam cordis emollitio, & rarefactio, vt poris quaſi patefactis, bonum citò ſubintret, licèt abſente bono vigeat, potu tamen boni præſentis expletur: vnio, quæ eſt quidā velut amantium contactus; mutua inhæſio, quæ eſt ſe iam tangen-

tangentium aſtrictio, penetratio, quæ eſt quidam ad intima cordis velut illapſus; non niſi bono præſente contingunt: Zelus, qui nihil eſt aliud, quàm conſortis impatientia, ſi quis fruentem interpellare vellet, ferociſſimè pugnaret.

11 Patet ergo delectationis paſſionem multis ambiri circumſtantijs, quæ illius vim facile demonſtrent. Quin etiam res adeo experimentis probata eſt, vt ſine teſtibus alijs, ſi quis rogetur, quanam re trahatur efficaciùs? quicumque ille ſit, reſpondeat: Trahit ſua quemq. voluptas.

12 Adhuc enim duo illa bonorum genera, honeſtum, & vtile, ſi voluptatem adimamus, cor humanum minimè traherent: quod ſcitu digniſſimum eſt, & hac ratione conuincitur: Multos quippe rure natos, ſi quis princeps in vrbē ducere, honoribus, & lucris augere velit, non aliunde reſiſtent, quàm ex vna voluptate, quæ inter ſaxa, & ſpineta, illos aſſuetudine capit, quam in vrbe deſperant.

13 Cum ergo cor humanum voluptatis amore, ac deſiderio, quaſi multa febre grauiter ægrotet, remedium aliquod his tribus paſſionibus adhibere opus eſt: quod, & alijs genere ſimilibus, in caput vnum contractis, præſtare curabimus.

De remedijs amoris, concupiſcentiæ, ſiue deſiderij, delectationis, ſiue gaudij. Cap. III.

1 VT ægrotantis ingenio, & morbo conſentanea medicina paretur, ijs, quæ de paſſio-

num curatione dicenda ſunt, præmittendum eſt, cor humanum, bonorum præſentium cupidiſſimum, ab illorum amore, niſi meliorum bonorum permutatione, non poſſe diuelli: fieri quippe nequit, vt appetitui honorifica, vtilia, delectabilia non placeant, cum natiuam pronitatem non poſſit exuere.

2 Quapropter ille medendi modus videtur omnium prudentiſſimus, qui propoſitis melioribus bonis (quorum appetitus ipſe capax eſt.) à præſentium affectatione ad æternorum amorem, cor hominis traducere tentat.

3 Si enim diuinæ ſapientiæ opus in hominis cōditione perſcrutemur; inueniemus profectò, noluiſſe Clementiſſimum Deum his vndecim paſſionibus paſtum auferre, ſed ad meliora bona transferre, vt vnà cum hominis parte ſuperiore, ſenſus, & appetitum, & carnem quoque ipſam erudiat: vt Deum, pro captu ſuo, ſitiat, & in Deum aſſurgat.

4 Quod enim in Adam ante lapſum paſſiones agebant, ad id mundi contemptores aſpirant, & plerumq. quantum in naturæ corruptione gratia diuina præſtat, voti compotes fiunt: è quorum numero fuit ille, qui dixit: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum: & alibi: Sitiuit in te anima mea; quàm multipliciter tibi caro mea.

5 Iuxta doctrinam ergo hanc, quòd ad modum paſſiones à bonis interdictis abducendi, & ad

meliora

meliora ducendi pertinet,(nam de corpore macerando, & externis actibus huc ſpectantibus, in tractatu virtutum agemus) ad Monaſticæ diſciplinæ propoſitum, hæc exempla proferimus.

EXEMPLVM.

6 Videt quis ſe veſtem, cellam commodiorem, librum, & eius generis alia, quæ ſubitaneo motu, mox, vt conſpecta ſunt, placent appetitui: qui eſt motus amoris, ſtatimque cor ſe ad veſtem illam extendit, qui eſt motus concupiſcentiæ, cupit enim indui veſte illa, potius quã ſua: Si concedatur, ſuccedit quædam lætitiæ perceptio, de re, quæ conuenire videtur appetitui, per amorem, & concupiſcentiam præcedentem allecto, qui eſt motus delectationis: & in hunc modum dominatur veſtis illa cordi eius amore capto, & quodam fruitionis genere illud oblectat; qui eſt finis delectationis, quę amoris motum deniq. complet.

7 Qui ergo ſic tentatur, culpam in primis à tentatione ſecernat, in huiuſmodi enim ſubitis motibus amoris, & concupiſcentiæ, plerumque non ſubeſt culpa, quia conſenſum rationis in viris quoq. prouectis anteuertunt: Si qua verò culpa latet, ob rationis negligentiam, ea leuiſſima eſt; quod pro vniuerſis tentationum generibus, dictum ſit, ne ſit opus eadem fruſtra repetere.

8 Mox igitur, vt quid animaduertit celeres il-

B 2 los

los amoris, & concupiſcentiæ motus excitatos; multifariam poteſt appetitum reprimere, ne pergat vlterius.

9 Poteſt quidem è veſtigio per rationem appetitui ſic imperare: Abſtine ab hac noxia concupiſcentia: non enim decet hominem rationis compotem, ac rebus his corporeis mente præſtantem,& ſtudio ſapientiæ,ac virtutum honeſtati natum,rem hanc,qua mens à melioribus bonis auertitur,appetere. Verum hic reprimendi modus, Ethnicis quoque Philoſophis, qui coluere virtutem,vſu receptus fuit: nihil enim ratione altius habet.

10 Modus vero Chriſtiano dignus, altior, & ex fide, quæ per dilectionem operatur, efficacior eſt: cuiuſmodi eſſet hoc rationis fide illuſtratæ, appetitumq domantis præceptum: Abſtine ab hac noxia concupiſcentia: non enim fas eſt hominem bonis æternis fruiturum, & prætioſiſſima immortalitatis veſte decorandum, veſte hac rudi, ac vili à meliorum bonorum ſtudio diuerti.

11 Modus adhuc altior, & Monacho dignior eſſet hic: Abſtine ab hac noxia concupiſcentia: non enim expedit mihi nudum Chriſtum imitaturo veſtem hanc affectare.

12 Ex his tribus paſſiones coercendi modis, primus humanus,ſecundus Chriſtianus, tertius videtur propriè Monaſticus: verum,quia non omnes, qui ſe clauſtro abdiderunt ad tertium mo-

dum

dum ſublimem continuo vſurpandũ, idonei ſunt; non enim Crucifixi Ieſu Chriſti nuditas animum amori proprio aſſuetum, vſque adeo mouet: Secundus fortaſſe acrius vrgebit: exploratum eſt enim, præmia quæuis, ad permouendos animos degeneres vim magnam habere.

13 Quod ſi appetitus minimè cedit, non propterea incaſſum laboratur: nam præterquàm quòd appetitus non obtemperat rationi ad nutum, quemadmodum exteriora membra; ſed modo quodam politico; & frequenter, validiſſimè repugnat: compertum eſt, hoc modo, meritum augeri, Chriſtianam mortificationem parari, & conſuetudine pugnandi, rationem tandem appetitus dominatu potiri.

14 Sed cum paſſim euenire ſoleat, vt quæ quis appetit à Superiore ſecretæ concupiſcentiæ ignaro, concedantur, & tunc modi tres recenſiti parum ſunt efficaces; eo quòd vltra motus amoris, & concupiſcentiæ, iam ad delectationem, quam res concupita ſuggerit, peruentum ſit: modus efficax, nouitijq. proprius eſt, Magiſtrum de occulto morbo certiorem facere: vt rem illam auferat, vel conſultò permittat.

15 Si autem permittatur, (& vniuersè, quoties quid appetitui delectabile tribuitur) modus opportunus erit, ſi multis actibus internis enitatur, ab ea re affectum diuellere, & quaſi re contagioſa parciſſimè vti.

16 Actus vero interni huiuſmodi erunt: Clemen-

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

tiſsime Deus, appetitui placet res hæc: Sed nullam inde, actu deliberato, delectationē haurire volo. Mallem Domine, vt res hæc mihi foret iniucunda, & tunc illa vterer, propter te. Vtinam, mitiſſime Ieſu Chriſte, res hæc mihi moleſtiā citò generet, ne quid mihi placeat præter te.

17 Denique omnia, quæ in exemplo veſtis allato produximus, in re quauis alia ſiue honorifica, ſiue vtili, ſiue delectabili, à nouis Chriſti militibus vigilanter exercendā ſunt: dandaq. opera eſt, vt paſſionum harum potiſſimarum motiones internoſcant.

18 Sed vt caput hoc monito ſaluberrimo, ac omnium breuiſsimo claudamus: quicunq. paſsionibus necem afferre ſeriò cupit, ſi amorem, vnde omnes oriuntur, moderari nouerit, victoriam proculdubiò reportabit.

19 Nec ſolum vincet, ſed compendio miro, citius quàm alij, vincet, & maiore merito, ac ſuauitate vincet.

20 Modus autem agendi hic erit: vt ſolers ſit, animaduertens in re quauis exercenda, ne cor apparente rerum ſpecie capiatur; ne videlicet rebus adhæreat: Sed ſtatim ac videt quid iucundum, cor auertere, ac in cœleſtia ſuſpirare feſtinet. Eſt enim prorſus impoſſibile, vt paſſiones ceteræ ingraueſcant, vel noceant, ſi amoris radices amputentur.

21 Sit Exemplum; Videt quis bonum vtile: nempe ſedile commodum: extemploq. dum excita-

tur

tur amor, cor in ſedes permanſuras extollit, aiens: Quantò mihi commodior erit ſedes ſuper domum Dauid? Videt bonnm delectabile, eſcam ſcilicet, aut potum, & dum amore inualeſcit appetitus, cor feſtinatò in cœlū effert, aiens: Quantò mihi ſuauius conuiuium erit, vbi eſca erit panis Angelorum, & potus ipſe fons vitæ? Videt bonum honorificum, videlicet aliorum exiſtimationem de ipſius ingenio, litteratura, ſeu dexteritate conceptam, & dum amor incipit ad honorem ferri: accurrit, & cor in gloriam cœleſtem attollit, aiens: Quantò mihi honorificentior erit, concepta de me in ampliſſima Dei curia, & vniuerſi mundi theatro exiſtimatio? Sed ad tres alias paſſiones contrarias accedamus.

De paſſionibus odij, fugæ ſiue abominationis, & triſtitiæ, ac earum remedijs. Cap. IIII.

1 QVemadmodum bonum ſtatim, ac inſpicitur, generat ſui amorem, ſic malum confeſtim, ac agnoſcitur, ſui odium parit.

2 Eſt autem odium, motus quidam Concupiſcibilis diſſonantis malo, quaſi apertius diceremus: eum motum auerſionis, quâ appetitus afficitur, cum aliquid ſibi diſſonum, hoc eſt, contrarium, ſeu repugnans repræſentatur, eſſe odium; ſicut enim inter appetitum, & bonum, conſenſio, ita inter appetitum, & malum diſſenſio eſt.

3 Hinc exiſtit fuga, ſiue abominatio, qui eſt motus retractionis, quo appetitus à malo recedit: quaſi diceremus eum receſſum, ſeu declinationem, qua appetitus ſe retrahit à malo, quod ſibi diſplicuit, eſſe fugam, ſiue abominationem, quæ fugæ intenſio eſt, poſtquam enim per imaginationem malum repræſentatum eſt, non modo appetitus diſcrepat, ſeu diſſonat (quod eſt odium) ſed retrocedit, quæ eſt fuga.

4 Succedit triſtitia, ſeu dolor, cum malum præſens eſt: dolor quidem ex malo corpori coniuncto, cum apprehenſione ſenſus: triſtitia vero de malo per interiorem apprehenſionem concepto, quæ propterea de rebus etiam præteritis, ac futuris, quæ interius concipiuntur, eſſe poteſt, cum dolor præſenti ſolum tempore vigeat, dum corpus opprimitur.

5 Eſt ergo triſtitia, ſeu dolor, motus quidam, quo appetitus à malo præſenti vexatur: quaſi diceremus; eum motum, quo appetitus opprimitur pondere mali præſentis, & incumbentis, eſſe triſtitiam, ſiue dolorem.

6 Paſſiones hæ contrarij ſunt motus illis, quos in Cap. proximo penſitauimus: odium quippe eſt auerſio à malo, amor conuerſio ab bonum: fuga eſt receſſus à malo: deſiderium progreſſus ad bonum: triſtitia eſt oppreſſio à malo, delectatio eſt expanſio ad bonum.

7 Sicut autem amor cum reliquis duabus paſſionibus fertur in bonum honeſtum, vtile, dele-

ctabile:

ctabile: ſic odium cum reliquis duabus inde ortis paſſionibus declinat triplex malum, inhoneſtum, inutile, inſuaue.

Bonum verò, & malum intelligimus verum, vel apparens; quicquid enim appetitui placet, bonum, quicquid repugnat, in hoc genere, malum eſt.

8 Verum inter omnia huius capitis aſſerta, quod modo ſubijcimus, attentiſſime obſeruandum eſt; triſtitiam ſcilicet, è principibus paſſionibus vnam (quæ ſicut delectatio amoris, ita odij motum complet) eſſe veræ virtutis capitalem inimicitiam; nam præter corporis nocumentum, quod inter paſſiones omnes maximum eſt (habet enim contractionis motum vitali motui à dilatato corde prodeunti contrarium) animo grauiſſimè officit: quod ſubiecta ratione patet.

9 Animus quippe præſentis mali pondere deprimitur; actiones debilius fiunt; torpor quidã frigidus totum hominẽ permeat, & artus penè diſſoluit: ex quo ad virtutis opera, quæ cum ardua ſint, extenſione animi ad aggredienda difficilia egẽt, ægre mouetur, aut omnino ſuccumbit, quod ex adiuncta ratione perſpicitur.

10 Exploratum eſt, ſæuiente quouis dolore corporis, totum hominem breui confici: nec poſſe imaginationem ad opus aliud inde diuertere: dolor enim, quaſi animi vinculum eſt. Iam vero ſi triſtitia propriè accipiatur à dolore diſcreta,

peius

peiùs quàm dolor animum excruciat: anxietates nempe animi moleſtiores, quàm corporis ſunt: quod à contrario ſic euincitur.

11 Concors Philoſophorum, & Theologorum ſententia eſt, maiores ſpiritus, quàm corporis delectationes eſſe: cùm enim delectatio ſit motus ex coniunctione boni proueniẽs: quo bonum eſt maius, & coniunctio ſtrictior, & appetitus ad percipiendam voluptatem habilior, maior erit delectatio: at animi bona maiora, quàm corporis eſſe; vt pote ſpiritualia, arctiùs coniungi, vt pote ſine interiecto corpore, viuacius percipi, vt pote intellectu boni eſſentiam penetrante certum eſt.

12 Per rationes igitur eaſdem animi mala interius apprehenſa, maiora ſunt; quia ad animum ſpectant, coniunctio maior eſt: malum enim interius conceptum proximè coniungitur, & repugnat appetitui; ſed exterius apprehenſum propinquè repugnat corpori: (at ſi corpori tantum noceret, appetitu non reſiſtente, leuius fieret; quin & interdum delectaret: multi enim cum appetitus oblectamento, turpibus etiam de cauſis, inediam, & ictus, & verbera ferunt.) Denique malum percipitur intenſiùs, quia ſenſus internus habilior eſt.

13 Hinc iam noui fratres noſtri conijcient, quàm diligenter mœſtitiæ origines præcidere debeant; quantiq. ponderis ſit, morbis huius capitis prudenter occurrere. Norunt enim experti paſ-

ſiones

ſiones has, tertiam præſertim, inexpertos Chriſti cultores à cœpta ſalutis via frequenter auertere: vt non immeritò Apoſtolus inſtiterit monens; Gaudete in Domino ſemper; iterum dico gaudete. Iterum quippe dici oportuit, quod immenſi ponderis erat; ſed remedia proferamus.

EXEMPLVM.

14 Videt quis cellam incommodam, porta, feneſtrauè non bene inſtructam, æſtate calidiorem vel frigidiorem hyeme: confeſtim ſubit quædam appetitus auerſio, (quod eſt odium) motuque celerrimo, quantum ad ſe attinet, appetitus refugit (quæ eſt fuga) & iuſſus in cella morari, mœſtitiæ mole deijcitur, quæ eſt triſtitia.

15 Tunc ergo qui ſui curam gerere decreuit, mox ac exoritur odij motus ſibi ſic poterit imperare: Abſtine ab hac auerſione: non enim res odio digna eſt, ſi rationi obaudire velim: multa nempe incommodiora, pro virtute colenda, & animo à corporis retinaculis expediendo, ferre decet: libertas quippe hominis his motibus læditur, dū odit, quæ verè mala non ſunt; & à ſtudio rationis elanguet. Hic modus (vt de amore dictum eſt) Ethnicis quoq. congruere poteſt.

16 Modus alius planè Chriſtianus eſt, proponere appetitui vera mala, quæ perhoreſcat per eruditionem fidei, quæ à ſuperiore hominis parte præbe-

præbetur,in hunc modum: Abſtine ab odio: nihil enim hic odio dignum ſubeſt, cum abſit peccatum,cui ſoli debetur deteſtatio: nam quod ad incommoditatem ſpectat, ſi culpa vacat, Deo certè placet.

17 Modus alius Monaſtica diſciplina dignus eſt, qui à Chriſti petitur imitatione, ad hunc modũ: Abſtine ab odio: quanto enim incommodior cella fuit Chriſto Crux, in qua libenter pro te pependit? Hæccine eſt imitatio Ieſu Chriſti Crucifixi? qui cum vulpes haberent foueas, & volucres cæli nidos,non habuit, vbi caput ſempiterna requie dignum reclinaret?

18 Huiuſmodi adhortationibus ſolet pars ſuperior adeo præualere, vt eius imperio, ac efficaci motione,appetitus eneruetur;quin,& interdũ,repentina cõuerſione incipiat amare,quod oderat.

19 Sed frequenter hic modi reprimendi non proderunt, quaſi appetitus rationes honeſti non capiat,vel à ratione,ob excandeſcentiam paſſionis erudiri nolit: & tunc erit ad rem, alia mala grauiora ei repræſentare,quæ per minorum experimenta formidet, ad quæ vitanda,ſi non libenter, at patienter, præſens malum, quod cæperat deteſtari, non oderit.

20 Poterit autem ſic moneri: Deſiſte ab odio: immo & ama, & incommoditatem amplectere: Numquid enim,non tecũ indulgenter agitur,qui tartari anguſtias commeruiſti?An hac cella non debeat igneus inferni lectus permutari?

Hæc,

21 Hæc, & alia præſentanea remedia exquirenda ſunt, antequàm triſtitia radices altas defigat: ſi enim, non de re leui, qualem exempli gratia propoſuimus, ſed de grauioribus animæ cauſis mœſtitia increuerit, qualis hominibus ſcrupuloſis, aut de anteactæ vitæ peccatis vehementiùs æquo mærentibus accidere ſolet, efficaciora remedia requiruntur.

22 Huiuſmodi enim ægritudini, quæ ad interiora ſerpit, & vires ſimul animæ, & corporis extenuat, varijsq. formis induitur, non tam conſilia ſcripta, & quaſi mortua, quàm viuæ vocis oracula Magiſtri, qui pro ratione mali medeatur, aſſignanda ſunt. Quapropter fratres grauiter affecti Magiſtrum crebriùs, quàm alij conueniant: non enim à culpa immunes erunt, ſi mœrore deiecti, ſine præſenti, qua pro libito vti poſſunt, medicina tabeſcant.

23 Habent ſanè plurimas ad mœſtitiam depellendam appoſitas rationes: quibus Regius Propheta lætabatur, aiens: Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos. quaſi luculentiùs diceret: Multæ mihi lætitiæ cauſæ ſuppetunt: Eram enim ſordibus, & in luti volutabro iacebam; Clementiſſimus vero Deus, non ſolum inde gratis eduxit me: ſed ne iterum luto inquinarer, conſtituit me ſupra petram, quæ eſt Chriſtus, & vt per hanc viam ſublimem fæliciter graderer, inſtructione cæleſti direxit greſſus meos: vt nihil

iam

iam mihi deſit, niſi ad fœlicitatem, in quam tendo peruenire.

24 Hæc profectò, fratres noſtri, ſi attendere velint, adepti ſunt: nec niſi ſponte obcæcari ſe ſinant, vllam in ſæculo æqualem cauſam lætitiæ inter diuitias, honores, ac voluptates inuenire poſſent: præterquàm quòd illa remedia, quæ Scriptores ad triſtitiæ curationem excogitarũt, nullibi tam opportunè reperient; cùm perſpectum ſit nullibi tam fideles amicos, tam miſericordes animos, tam ſpontanea corporis obſequia; & quicquid ad totum hominem tempeſtiuo ſolatio recreandum ſpectat, à Deo prouideri, quàm vbi Chriſti charitas, non ſolum animos, ſed corpora quoq. connexuit.

25 Denique ad calcem huius capitis annotandũ eſt tribus his paſſionibus, quas expendimus, non ſolùm occurri poſſe, allatis rationibus, quibus pars ſuperior illas comprimat, vt oſtenſum eſt: ſed poſſe, ac debere etiam veros Chriſti imitatores illas ſæpius excitare (quod in proximo capite patuit) vt quemadmodum amor, deſiderium, delectatio, ad animi bona proſequenda ſuſcitantur, ita odium, fuga, triſtitia ad animi mala deteſtanda expergefiant: quod ad hunc modum fieri poterit, parte ſuperiore inferiorem erudiente.

26 Animaduertit pars ſuperior appetitum à laboribus, deſpectu, vitæ auſteritate, deterreri: & ſic vrget illum: ſi odiſſe vis, non hæc, quæ turpia

non

non ſunt, ſed peccati deformitatem oderis, ſi fugere vis: quaſi à facie colubri fuge peccatum: Si triſtitia ſerpit, non ob pœnam, ſed ob culpam ingraueſcat; vt in ſalutarem pœnitentiam conuertatur.

27 Quòd ſi peccati turpitudinem non ita horreat, cùm eam non vſque adeo percipiat: oderit, fugiat, mœreat, ob iudicij extremi, ac inferni pœnas; quas imaginatio facilius repræſentare poteſt; ſed ad Iraſcibilem tranſeamus.

De paſſionibus ſpei, & audaciæ, ac earum remedijs. Cap. V.

1 Pars Iraſcibilis (vt ſuperius indicauimus) Concupiſcibilis aſſertrix eſt: cùm enim multiplex arduitas, bona quæ cupiuntur, ambiat: Iraſcibilis velut armata cum arduitate congreditur, eamque depellit: ac ita Concupiſcibilem, in liberam fruitionem aſſerit.

2 Inter quinq. autem Iraſcibilis paſſiones, ſpes primum ſibi locum vendicat: quæ nihil aliud eſt, quàm motus in bonum arduum, quod creditur poſſe cõparari: quaſi diceremus, eum motũ, quo appetitus excitatur, ad acquirendum bonum paratu difficile, quod Concupiſcibilis amauit, & quod parari poſſe iudicatum eſt, eſſe ſpem.

3 Huic ſuccedit audacia, quæ eſt motus appetitus malum arduum imminens proſequentis: quaſi diceremus: eum motum, quo appetitus progre-

progreditur contra malum propinquum, eſſe audaciam: Vt ſicut deſiderium amoris, ita & audacia ſpei quædam progreſſio ſit.

4 Cum autem dicimus audaciam eſſe motum in malum, mali nomine ipſam arduitatem intelligimus, quam ſuperare conatur, & quæ circumſtat bonum, quod proprie reſpicit ſpes: licet mali ardui difficultatem, de qua vincenda ſpes ſubeſt, audacia quoque reſpiciat.

5 Erga duas paſſiones has, obſeruandum eſt, eos, qui amori dediti ſunt, eſſe ad ſperandum, & audendum habiliores, cum enim vtraque paſſio ſit motus progreſſionis, & calor, qui amoris proprius eſt, ad progreſſionis motum dilatatione conferat: efficitur, vt amantes ſint ſpei, & audaciæ promptiores; ij præſertim, qui ad res diuinas bene affecti ſunt: iuſtitiæ quippe conſcientia, auxilio diuino freta ſecuritatem quandam parit: quæ ad ſpem, & audaciam apprime conducit.

6 Quod eò ſpectat, vt nouerint fratres noſtri, præclarè ſecum actum fuiſſe, cum ad eum ſtatum vocati ſint, qui ex amoris diuini, ac rerum cæleſtium affectu, & conſcientiæ teſtimonio ſpem parit, & audaciam: ita vt paſſiones iſtæ magno cum emolumento ab eis poſſint exerceri.

7 Sed verum à falſo dignoſcere opus eſt, cum paſſiones hæ incautis imponere valeant, dum male collocantur: ſperari quippe non debent, quæ imitatoribus Chriſti digna non ſunt: nec

audere

audere decet, ad ea, quæ mala non ſunt, acriter propulſanda: quæ ſubiecto exemplo patebunt.

EXEMPLVM.

8 Videt quis ſe à Magiſtro, vel Superiore frequentius, quàm alios corripi, & conijcit ſe non vſq; adeò amari; & amari amat: ſed res ardua videtur Superioris gratiam inire: oporteret quippe modos aliquos excogitare ad illius animum ſibi conciliandum, ac proinde ad increpationes vitandas opportunos: qui & tempus, & mentis diſcurſum, & aliqua etiam obſequia, non ſine labore, requirerent. Videtur tamen poſſibile: ac propterea, tametſi ſtatæ orationis horæ, ceteraque clauſtri exercitia, Deique præſentia, detrimentum patiantur, decernit de re hac ardua ſeriò agere; erigitur ſpe, audaciaque progreditur; ſed paſſiones has ſic poterit coercere.

9 Quid captas appetitus effrœnis? quæ non ſunt vera bona ſperare, hominis mente indignum eſt: at ſic velle amari, vt non corripiaris, rationi diſſentaneum eſt; ac exinde, verum bonum nequit eſſe: abſit ergo, vt tempus & laborem impendam hominis gratiæ ineundæ: abſit, vt ad ea, quæ corpori moleſta ſunt, audacter depellenda progrediar, maiorem fortaſſe corporis indulgentiam, ſed virtutis damna maiora paraturus:

ſed primus hic modus naturali virtuti conſonus eſt

10 Ex allato tamen liquet exemplo, ad amoris indulgentis bonum apparens: ſed verum malum paſſionem ſpei, è contrario verò audaciam aduerſus circumſtantem arduitatem, quaſi contra malum, falſa opinione prodire: ac propterea, ſuperior pars ſic debet appetitum erudire.

11 Si ſperare iuuat, emendatio, quæ verum eſt bonum per correptionem ſperanda eſt: ſi audere vis, aduerſus ea, quæ obſtant emendationi progredere: aude contra motus mœroris, congredere illis, & vultum hilarem exhibe, vt ſuperior correptionis fructum deprehendens te corripere pergat: ſcriptum eſt enim: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem, hoc eſt, blanda ſimulatio peccatoris non impinguet caput meum, hoc eſt, afficiat delectatione mentem meam.

12 At ſecundum modum Chriſtiano viro conſentaneum adijciamus, quo pars ſuperior ſic vtatur: Deſiſte ab ſpe hac amoris humani exquirendi: ſpera potius in Deo, & fac bonitatem: inhabita corde terram viuentium, & paſceris in diuitijs eius. Quanto tibi honeſtior, vtilior, ac delectabilior erit clementiſſimi Dei animus erga te beneuolus? qui profecto erit, ſi ſpreto fauore hominum, des operam vt ſpes, & portio tua ſit in terra viuentium. Quapropter aude cõtra difficultates, quæ te à dulciſſimi Ieſu Chri-

ſti,

ſti, amplexu remorantur, & fœlix eris.

13 Tertius verò modùs imitatore Chriſti dignus erit: An Chriſtus in hominibus ſperauit, vel hominum gratiam iniuit. Num à principibus amari curauit? An declinauit correptiones? Quoties, cum hominum corda demulcere poſſet pœnaſq; vitare, ſiluit, & opus ſalutis meæ peregit? Abſit ergo vt à tanto diſcrepē exemplari.

14 Spes ergo tota in Deo collocāda eſt, & ad bonum tantum audaciæ conatibus aſſurgendum. Nonnulla hic de his duabus paſſionibus attexenda eſſent, niſi deſperationis, ac timoris tractatio eadē quoq; requireret: aliæ quippe paſſiones, ſi bene temperentur, aliarum remedia ſunt: quamobrem vnum in locū monita congeremus.

De Paſsionibus deſperationis, timoris, & iræ, ac earum remedijs. Caput. VI.

1 TRes nunc paſſiones à nobis explorandę sūt. quarum expenſione tractatum abſoluemus: hæ ſunt deſperatio, & timor, quæ ſpei audacięq; opponuntur, & ira, quæ contraria paſſione caret: ſi enim malum arduum nō incumbat, ſed vincatur, & ſuccedat boni poſſeſſio: iam nihil arduum ſupereſt, in quod Iraſcibilis pars inſurgat: ſed ſuccedit delectatio, quę eſt paſsio Cōcupiſcibilis.

2 Deſperatio ergo, eſt motus appetitus à bono, quod acquiri non poſſe creditur: ac ſi diceremus eum motū, quo appetitus opprimitur, ſeu deijcitur

citur, cum quis exiſtimat ſe conſequi nequire bonum, quod amat, eſſe deſperationem.

3 Hinc exoritur timor, qui eſt motus appetitus recedentis à malo futuro, cui reſiſti non poteſt: quaſi diceremus: eum motum, quo appetitus contrahitur, ac deprimitur, quando malum arduum imminet, antequam ſit præſens, eſſe timorem: non enim eſt ſimplex receſſus, vt fuga, ſiue abominatio: ſed appetitus depreſſio, ob arduitatem mali propinquantis.

4 Quando verò malum arduum præſens habet rationem iniuriæ exiſtit ira: eſt autem ira motus appetitus ad vindictam, quaſi diceremus; eum motum quo appetitus læſus ad pœnam pro iniuria rependendam excandeſcit, eſſe iram; quæ reſpicit vindictam, vt quod ſibi bonum, & eum à quo illata iniuria eſt, vt malum: vnde mixtum habet obiectum.

5 Paſſiones hæ negotium faceſcere ſolent ijs, qui inter Chriſti milites aſcripti ſunt; vt meritò remedia prouidere debeant, & de grauiſsimis rebus ſeriò cogitare.

6 Deſperatio enim, non ſolum exiſtit, ob arduitatis obſtantis malum, verum ob ſolùm boni exceſſum, qui licet in idem arduitatis caput redire videatur; oſtẽdit tamẽ multiplices deſperationis motus in cordibus ignauorũ militum modò difficultate, modò ſola rei ſublimitate repræſẽtata ſubortos: ex quo fit, vt grandia nõ cogitent, ſine quorum propoſito, vix mediocriter proficient.

7 Ti-

7 Timor verò adeo ſolet naturam ſegnitie grauare,ac totum hominem,vel ipſa formidine eximiarum virtutum, nedum laborum imminentiũ metu compedire: vt ſubeat ſtupor, hoc eſt, inſolita imaginatio mali: & ipſa operationũ inſtrumenta naturalia hebetet,ac velut paralyſi diſſoluat: Vnde ſuſpiciones, & conſultationes,propter figmenta malorum,quę nunquam euenirent. Deniq; ſtudio virtutum, quæ à generoſis cordibus parantur, nihil timore nocentius.

8 At ira efferatiſsima paſsio eſt: quæ cum ex ſolo deſpectu, vel ijs, quæ ad deſpectum reducuntur concitetur, tanto peius lædit, quanto vitio peiori, hoc eſt, ſuperbiæ conſonantior eſt. Feruet enim quoties ſe paruipendi credit: nam cum ex ignoratione, aut paſsione peccatur, non ita flammeſcit,cum ſe non contemni animaduertat: & eo magis exaſperat appetitum, quo ſe iuſtius agere opinatur: appetit quippe malum ſub ratione boni; hoc eſt, vindictam ſub quadam ratione æquilitatis,quam conſtituere conatur, inter paruipenſionem, & vindictam, rationis opere quodam imperfecto paſſioni commixto: confert enim ratio vindictam cum iniuria; ſed ſtatim deficit, opere non abſoluto: deberet enim ratio progredi, vt præciperet, non eſſe fas inferre vindictam: & ſic lux ipſius adeo motu paſsionis extinguitur, vt inter paſsiones omnes,ob maximam commotionem, ira præſertim, iudicium obturbet.

peiùs quàm dolor animum excruciat: anxietates nempe animi moleſtiores, quàm corporis ſunt: quod à contrario ſic euincitur.

11 Concors Philoſophorum, & Theologorum ſententia eſt, maiores ſpiritus, quàm corporis delectationes eſſe: cùm enim delectatio ſit motus ex coniunctione boni proueniẽs: quo bonum eſt maius, & coniunctio ſtrictior, & appetitus ad percipiendam voluptatem habilior, maior erit delectatio: at animi bona maiora, quàm corporis eſſe; vt pote ſpiritualia, arctiùs coniungi, vt pote ſine interiecto corpore, viuacius percipi, vt pote intellectu boni eſſentiam penetrante certum eſt.

12 Per rationes igitur eaſdem animi mala interius apprehenſa, maiora ſunt; quia ad animum ſpectant, coniunctio maior eſt: malum enim interius conceptum proximè coniungitur, & repugnat appetitui; ſed exterius apprehenſum propinquè repugnat corpori: (at ſi corpori tantum noceret, appetitu non reſiſtente, leuiùs fieret; quin & interdum delectaret: multi enim cum appetitus oblectamento, turpibus etiam de cauſis, inediam, & ictus, & verbera ferunt.) Denique malum percipitur intenſiùs, quia ſenſus internus habilior eſt.

13 Hinc iam noui fratres noſtri conijcient, quàm diligenter mœſtitiæ origines præcidere debeant; quantiq. ponderis ſit, morbis huius capitis prudenter occurrere. Norunt enim experti paſ-

ſiones

ſiones has, tertiam præſertim, inexpertos Chriſti cultores à cœpta ſalutis via frequenter auertere: vt non immeritò Apoſtolus inſtiterit monens; Gaudete in Domino ſemper; iterum dico gaudete. Iterum quippe dici oportuit, qund immenſi ponderis erat; ſed remedia proferamus.

EXEMPLVM.

14 Videt quis cellam incommodam, porta, feneſtranè non bene inſtructam, æſtate calidiorem vel frigidiorem hyeme: confeſtim ſubit quædam appetitus auerſio, (quod eſt odium) motuque celerrimo, quantum ad ſe attinet, appetitus refugit (quæ eſt fuga) & iuſſus in cellà morari, mœſtitiæ mole deijcitur, quæ eſt triſtitia.

15 Tunc ergo qui ſui curam gerere decreuit, mox ac exoritur odij motus ſibi ſic poterit imperare: Abſtine ab hac auerſione: non enim res odio digna eſt, ſi rationi obaudire velim: multa nempe incommodiora, pro virtute colenda, & animo à corporis retinaculis expediendo, ferre decet: libertas quippe hominis his motibus læditur, dū odit, quæ verè mala non ſunt; & à ſtudio rationis elanguet. Hic modus (vt de amore dictum eſt) Ethnicis quoq. congruere poteſt.

16 Modus alius planè Chriſtianus eſt, proponere appetitui vera mala, quæ perhoreſcat per eruditionem fidei, quæ à ſuperiore hominis parte præbe-

præbetur, in hunc modum: Abſtine ab odio: nihil enim hic odio dignum ſubeſt, cum abſit peccatum, cui ſoli debetur deteſtatio: nam quod ad incommoditatem ſpectat, ſi culpa vacat, Deo certè placet.

17 Modus alius Monaſtica diſciplina dignus eſt, qui à Chriſti petitur imitatione, ad hunc modũ: Abſtine ab odio: quanto enim incommodior cella fuit Chriſto Crux, in qua libenter pro te pependit? Hæccine eſt imitatio Ieſu Chriſti Crucifixi? qui cum vulpes haberent foueas, & volucres cæli nidos, non habuit, vbi caput ſempiterna requie dignum reclinaret?

18 Huiuſmodi adhortationibus ſolet pars ſuperior adeo præualere, vt eius imperio, ac efficaci motione, appetitus eneruetur; quin, & interdũ, repentina cõuerſione incipiat amare, quod oderat.

19 Sed frequenter huiuſmodi reprimendi non proderunt, quaſi appetitus rationes honeſti non capiat, vel à ratione, ob excandeſcentiam paſſionis erudiri nolit: & tunc erit ad rem, alia mala grauiora ei repræſentare, quæ per minorum experimenta formidet, ad quæ vitanda, ſi non libenter, at patienter, præſens malum, quod cæperat deteſtari, non oderit.

20 Poterit autem ſic moneri: Deſiſte ab odio: immo & ama, & incommoditatem amplectere: Numquid enim, non tecũ indulgenter agitur, qui tartari anguſtias commeruiſti? An hac cella non debeat igneus inferni lectus permutari?

Hæc,

21 Hæc, & alia præſentanea remedia exquirenda ſunt, antequàm triſtitia radices altas defigat: ſi enim, non de re leui, qualem exempli gratia propoſuimus, ſed de grauioribus animæ cauſis mœſtitia increuerit, qualis hominibus ſcrupuloſis, aut de anteactæ vitæ peccatis vehementiùs æquo mærentibus accidere ſolet, efficaciora remedia requiruntur.

22 Huiuſmodi enim ægritudini, quæ ad interiora ſerpit, & vires ſimul animæ, & corporis extenuat, varijsq. formis induitur, non tam conſilia ſcripta, & quaſi mortua, quàm viuæ vocis oracula Magiſtri, qui pro ratione mali medeatur, aſſignanda ſunt. Quapropter fratres grauiter affecti Magiſtrum crebriùs, quàm alij conueniant: non enim à culpa immunes erunt, ſi mœrore deiecti, ſine præſenti, qua pro libito vti poſſunt, medicina tabeſcant.

23 Habent ſanè plurimas ad mœſtitiam depellendam appoſitas rationes: quibus Regius Propheta lætabatur, aiens: Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos. quaſi luculentiùs diceret: Multæ mihi lætitiæ cauſæ ſuppetunt: Eram enim ſordibus, & in luti volutabro iacebam; Clementiſſimus vero Deus, non ſolum inde gratis eduxit me: ſed ne iterum luto inquinarer, conſtituit me ſupra petram, quæ eſt Chriſtus, & vt per hanc viam ſublimem fæliciter graderer, inſtructione cæleſti direxit greſſus meos: vt nihil

iam

iam mihi deſit, niſi ad fœlicitatem, in quam tendo peruenire.

24 Hæc profectò, fratres noſtri, ſi attendere velint, adepti ſunt: nec niſi ſponte obcæcari ſe ſinant, vllam in ſæculo æqualem cauſam lætitiæ inter diuitias, honores, ac voluptates inuenire poſſent: præterquàm quòd illa remedia, quæ Scriptores ad triſtitiæ curationem excogitarũt, nullibi tàm opportunè reperient; cùm perſpectum ſit nullibi tam fideles amicos, tam miſericordes animos, tam ſpontanea corporis obſequia; & quicquid ad totum hominem tempeſtiuo ſolatio recreandum ſpectat, à Deo prouideri, quàm vbi Chriſti charitas, non ſolum animos, ſed corpora quoq. connexuit.

25 Denique ad calcem huius capitis annotandũ eſt tribus his paſſionibus, quas expendimus, non ſolùm occurri poſſe, allatis rationibus, quibus pars ſuperior illas comprimat, vt oſtenſum eſt: ſed poſſe, ac debere etiam veros Chriſti imitatores illas ſæpius excitare (quod in proximo capite patuit) vt quemadmodum amor, deſiderium, delectatio, ad animi bona proſequenda ſuſcitantur, ita odium, fuga, triſtitia ad animi mala deteſtanda expergefiant: quod ad hunc modum fieri poterit, parte ſuperiore inferiorem erudiente.

26 Animaduertit pars ſuperior appetitum à laboribus, deſpectu, vitæ auſteritate, deterreri: & ſic vrget illum: ſi odiſſe vis, non hæc, quæ turpia

non

non ſunt, ſed peccati deformitatem oderis, ſi fugere vis: quaſi à facie colubri fuge peccatum. Si triſtitia ſerpit, non ob pœnam, ſed ob culpam ingraueſcat; vt in ſalutarem pœnitentiam conuertatur.

27 Quòd ſi peccati turpitudinem non ita horreat, cùm eam non vſque adeo percipiat: oderit, fugiat, mœreat, ob iudicij extremi, ac inferni pœnas; quas imaginatio facilius repræſentare poteſt; ſed ad Iraſcibilem tranſeamus.

De paſſionibus ſpei, & audaciæ, ac earum remedijs. *Cap. V.*

1 PArs Iraſcibilis (vt ſuperius indicauimus) Concupiſcibilis aſſertrix eſt: cùm enim multiplex arduitas, bona quæ cupiuntur, ambiat: Iraſcibilis velut armata cum arduitate congreditur, eamque depellit: ac ita Concupiſcibilem, in liberam fruitionem aſſerit.

2 Inter quinq. autem Iraſcibilis paſſiones, ſpes primum ſibi locum vendicat: quæ nihil aliud eſt, quàm motus in bonum arduum, quod creditur poſſe cōparari: quaſi diceremus, eum motū, quo appetitus excitatur, ad acquirendum bonum paratu difficile, quod Concupiſcibilis amauit, & quod parari poſſe iudicatum eſt, eſſe ſpem.

3 Huic ſuccedit audacia, quæ eſt motus appetitus malum arduum imminens proſequentis: quaſi diceremus: eum motum, quo appetitus progre-

progreditur contra malum propinquum, eſſe audaciam: Vt ſicut deſiderium amoris, ita & audacia ſpei quædam progreſſio ſit.

4 Cum autem dicimus audaciam eſſe motum in malum, mali nomine ipſam arduitatem intelligimus, quam ſuperare conatur, & quæ circumſtat bonum, quod proprie reſpicit ſpes: licet mali ardui difficultatem, de qua vincenda ſpes ſubeſt, audacia quoque reſpiciat.

5 Erga duas paſſiones has, obſeruandum eſt, eos, qui amori dediti ſunt, eſſe ad ſperandum, & audendum habiliores, cum enim vtraque paſſio ſit motus progreſſionis, & calor, qui amoris proprius eſt, ad progreſſionis motum dilatatione conferat: efficitur, vt amantes ſint ſpei, & audaciæ promptiores; ij præſertim, qui ad res diuinas bene affecti ſunt: iuſtitiæ quippe conſcientia, auxilio diuino freta ſecuritatem quandam parit: quæ ad ſpem, & audaciam apprime conducit.

6 Quod eò ſpectat, vt nouerint fratres noſtri, præclarè ſecum actum fuiſſe, cum ad eum ſtatum vocati ſint, qui ex amoris diuini, ac rerum cæleſtium affectu, & conſcientiæ teſtimonio ſpem parit, & audaciam: ita vt paſſiones iſtæ magno cum emolumento ab eis poſſint exerceri.

7 Sed verum à falſo dignoſcere opus eſt, cum paſſiones hæ incautis imponere valeant, dum malè collocantur: ſperari quippe non debent, quæ imitatoribus Chriſti digna non ſunt: nec

audere decet, ad ea, quæ mala non ſunt, acriter propulſanda: quæ ſubiecto exemplo patebunt.

EXEMPLVM.

8 Videt quis ſe à Magiſtro, vel Superiore frequentius, quàm alios corripi, & conijcit ſe non vſq; adeò amari; & amari amat: ſed res ardua videtur Superioris gratiam inire: oporteret quippe modos aliquos excogitare ad illius animum ſibi conciliandum, ac proinde ad increpationes vitandas opportunos: qui & tempus, & mentis diſcurſum, & aliqua etiam obſequia, non ſine labore, requirerent. Videtur tamen poſſibile: ac propterea, tametſi ſtatæ orationis horæ, ceteraque clauſtri exercitia, Deique præſentia, detrimentum patiantur, decernit de re hac ardua ſeriò agere; erigitur ſpe, audaciaque progreditur; ſed paſſiones has ſic poterit coercere.

9 Quid captas appetitus effrœnis? quæ non ſunt vera bona ſperare, hominis mente indignum eſt: at ſic velle amari, vt non corripiaris, rationi diſſentaneum eſt; ac exinde, verum bonum nequit eſſe: abſit ergo, vt tempus & laborem impendam hominis gratiæ ineundæ: abſit, vt ad ea, quæ corpori moleſta ſunt, audacter depellenda progrediar, maiorem fortaſſe corporis indulgentiam, ſed virtutis damna maiora paraturus:

ſed primus hic modus naturali virtuti conſonus eſt

10 Ex allato tamen liquet exemplo, ad amoris indulgentis bonum apparens: ſed verum malum paſſionem ſpei, è contrario verò audaciam aduerſus circumſtantem arduitatem, quaſi contra malum, falſa opinione prodire: ac propterea, ſuperior pars ſic debet appetitum erudire.

11 Si ſperare iuuat, emendatio, quæ verum eſt bonum per correptionem ſperanda eſt: ſi audere vis, aduerſus ea, quæ obſtant emendationi progredere: aude contra motus mœroris, congredere illis, & vultum hilarem exhibe, vt ſuperior correptionis fructum deprehendens te corripere pergat: ſcriptum eſt enim: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem, hoc eſt, blanda ſimulatio peccatoris non impinguet caput meum, hoc eſt, afficiat delectatione mentem meam.

12 At ſecundum modum Chriſtiano viro conſentaneum adijciamus, quo pars ſuperior ſic vtatur: Deſiſte ab ſpe hac amoris humani exquirendi: ſpera potius in Deo, & fac bonitatem: inhabita corde terram viuentium, & paſceris in diuitijs eius. Quanto tibi honeſtior, vtilior, ac delectabilior erit clementiſſimi Dei animus erga te beneuolus? qui profecto erit, ſi ſpreto fauore hominum, des operam vt ſpes, & portio tua ſit in terra viuentium. Quapropter aude cõtra difficultates, quæ te à dulciſſimi Ieſu Chri-

ſti,

ſti, amplexu remorantur, & fœlix eris.

13 Tertius verò modus imitatore Chriſti dignus erit: An Chriſtus in hominibus ſperauit, vel hominum gratiam iniuit. Num à principibus amari curauit? An declinauit correptiones? Quoties, cum hominum corda demulcere poſſet pœnaſq; vitare, ſiluit, & opus ſalutis meæ peregit? Abſit ergo vt à tanto diſcrepē exemplari.

14 Spes ergo tota in Deo collocāda eſt, & ad bonum tantum audaciæ conatibus aſſurgendum. Nonnulla hic de his duabus paſſionibus attexenda eſſent, niſi deſperationis, ac timoris tractatio eadē quoq; requireret: aliæ quippe paſſiones, ſi bene temperentur, aliarum remedia ſunt: quamobrem vnum in locū monita congeremus.

De Paſsionibus deſperationis, timoris, & iræ, ac earum remedijs. Caput. VI.

1 TRes nunc paſſiones à nobis explorandę ſūt. quarum expenſione tractatum abſoluemus: hæ ſunt deſperatio, & timor, quæ ſpei audacięq; opponuntur, & ira, quæ contraria paſſione caret: ſi enim malum arduum nō incumbat, ſed vincatur, & ſuccedat boni poſſeſſio: iam nihil arduum ſupereſt, in quod Iraſcibilis pars inſurgat: ſed ſuccedit delectatio, quę eſt paſsio Cōcupiſcibilis.

2 Deſperatio ergo, eſt motus appetitus à bono, quod acquiri non poſſe creditur: ac ſi diceremus eum motū, quo appetitus opprimitur, ſeu deij-

7 Timor verò adeo ſolet naturam ſegnitie grauare, ac totum hominem, vel ipſa formidine eximiarum virtutum, nedum laborum imminentiū metu compedire: vt ſubeat ſtupor, hoc eſt, inſolita imaginatio mali: & ipſa operationū inſtrumenta naturalia hebetet, ac velut paralyſi diſſoluat: Vnde ſuſpiciones, & conſultationes, propter figmenta malorum, quę nunquam euenirent. Deniq; ſtudio virtutum, quæ à generoſis cordibus parantur, nihil timore nocentius.

8 At ira efferatiſsima paſsio eſt: quæ cum ex ſolo deſpectu, vel ijs, quæ ad deſpectum reducuntur concitetur, tanto peius lædit, quanto vitio peiori, hoc eſt, ſuperbiæ conſonantior eſt. Feruet enim quoties ſe paruipendi credit: nam cum ex ignoratione, aut paſsione peccatur, non ita flammeſcit, cum ſe non contemni animaduertat: & eo magis exaſperat appetitum, quo ſe iuſtius agere opinatur: appetit quippe malum ſub ratione boni; hoc eſt, vindictam ſub quadam ratione æquilitatis, quam conſtituere conatur, inter paruipenſionem, & vindictam, rationis opere quodam imperfecto paſſioni commixto: confert enim ratio vindictam cum iniuria; ſed ſtatim deficit, opere non abſoluto: deberet enim ratio progredi, vt præciperet, non eſſe fas inferre vindictam: & ſic lux ipſius adeo motu paſsionis extinguitur, vt inter paſsiones omnes, ob maximam commotionem, ira præſertim, iudicium obturbet.

meus, cuius eſt eliſos erigere: & cum facile illi ſit ſubito pauperem honeſtare, non ſine culpa deſperarem.

12 Multa ſunt victæ fragilitatis exempla: multa ſunt affectionibus huiuſmodi prouiſa remedia: rationes adſunt ad ſperandum efficaciſſimæ; quæ ex tractatu virtutum (vbi de ſpe Theologica dicemus) peti poterunt: ſed nunc ad timorem accedamus.

EXEMPLVM DE TIMORE

13 Videt quis rerum ordine obſeruato, laborem aliquem grauiorem ſibi à Superiore imponendum: puta ægrotantium curam, vel nocturnam ad horas matutinas vigiliam, & pulſationem, vel alia eius generis vſitatiſsima. Mox appetitus timore correptus, quaſi vehementem quamdam procellam, vel imminentem fabricæ ruinam incipit metuere, ac reſilire: amat enim commoditatem, vnde oritur laboris timor. Tunc ratio ſecundo è tribus illis domandi modis ſic agere debet.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem
14 timebo? Dominus protector vitæ meæ, quam ſæculo abdicato ſuſcepi: à quo trepidabo? Profecto, non modò labores hos Dei gratia ſubeundos nolo formidare: ſed etiam ſi conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.

15 Quod ſi adhuc ſēſus renititur, tertius ille mo-

dus qui cõſtat imitatione Chriſti,hic (ſi vſpiã) tempeſtiuus eſt. cum enim Chriſti pars inferior paſsionis acerbitatem, vſq; ad ſanguinis ſudorẽ formidaret:audaciæ paſsionem rationis actu deliberato excitauit; vt cum timore confligeret,ac prçualeret:ſic ſurrexit, ac diſcipulos monuit:Surgite eamus : ecce appropinquat, qui me tradet. Sic ergo Chriſti pugnator agat: Eia ſurgamus, & ſicut timore cõtracti refugiebamus inſtãs pœnę malum,ſic per audaciam excitatam aduẽtanti labori fortiter occuramus. An Chriſto dignus ſit, qui Chriſtum in agone non comitatur?

EXEMPLVM DE IRA.

16 VIdet quis ſe à fratre aliquo fortaſſe inferiore, non adeo magnifieri:quod nutibus aut verbis, oſtendit:è veſtigio ira diſſultat,& eodẽ modo,æqualem ſaltem vindictam referre cupit:cõqueritur enim appetitus aiens: Nõ debuit me paruipendere;debuit aſſurgere: debuit caput aperire:debuit,quę dicebã,nõ improbare:debuit mihi nõ cõtradicere:debuit me nõ corripere:debuit mihi roganti mitius reſpondere; multaq; ſimilia,quę proprię excellẽtię amor obijcere ſolet.

17 Pars verò ſuperior,ſic aget: Miteſce appetitus ferox:non enim decet hominem rationis cõpotem, quaſi belluam excandeſcere: & ebrietate quadã furoris huius dementari, turpitudo enim paſsionis huius in ipſo vultu ſe prodit; dũ oculi micant, labia tremunt, ſermo concitatione ipſa inter-

interciditur, & totus homo à manſuetudine,quę cum ſit animal ſociale, ipſi natiua eſt, alienatur. Sed modus hic naturalem rationem non excedit, quamuis efficax videatur.
18 Modus ſecũdus Chriſtiano dignus erit: Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt viuentium terram. Ergo nè iure illius hæreditatis,quam fides oſtendit,expolier, ob ferinam paſſionem hanc.
19 Sed modus imitatoribus Ieſu Chriſti potiſsimũ congruens erit: Tanquam agnus coram tõdẽte ſe obmutuit: quaſi ouis ad occiſionẽ ductus eſt: cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: & tradebat iudicanti ſe iniuſtè: & ego non miteſcam?
20 Rationes aliæ è tractatu virtutum,vbi de manſuetudine dicemus, peti poterunt. Hic autem (quod in alijs paſſionibus annotauimus)animaduertendum eſt, paſſiones has poſſe vtiliter exerceri, ſi ad res diuinas transferantur; & quidem vſus deſperationis, licet minus proprius, quàm aliarũ paſsionum(nõ enim habet bonũ ſpirituale, quod ob arduitatem deſperandũ ſit) hic eſſe poteſt iuxta Regij Pſaltis conſilium: Nolite confidere in principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus;ac ſi diceret: Ne ſperetis,imo deſperate ſalutem ab hominibus, qui ea carent: deſperanda quippe ſalus eſt,quam mundus impudenti mendacio pollicetur.
21 Timor latiſsimũ campũ habet: ſi enim labor diſciplinæ Monaſticæ timetur, multo magis impro-

prouiſa mors, inferni cruciatus, iudicij ſeueritas timeri debent: immò nulla quãtumuis terribilia mala præſentis vitæ timorem incutere debere, ſic Chriſtus edixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, ſed timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam.

12 Ira pariter multis modis exerceri poteſt: ſunt peccata; ſunt hoſtes animæ; & inter alios ferociſſimos, ſunt ipſæ paſsiones rationem iugiter oppugnantes: Aduerſus hoſtes autem iram ſalubriter poſſe ſuſcitari Chriſtus ipſe demonſtrauit, cum in templi corruptores, dum eſſet mitis, excanduit: & in hunc modum ſingularum paſſionum examen abſoluimus.

De nonnullis annotationibus in tractatum paſſionum. Caput VII.

1 EX ijs, que tradidimus, fratres noſtri, non obſcure cognoſcent, quali animorũ diſcrimine, qui paſſiones proprias, & pernoſcere, & ſubiugare conantur ab ijs, qui vtrumq. negligunt, ſeparẽtur: illi enim more cuſtodũ lectuli Salomonis, inter ſexaginta fortiſſimos recenſentur: quorum prudentia militaris eſt, vt vniuſcuiuſq; enſis ſit ſuper fæmur ſuum, propter timores nocturnos. Illud enim in primis curant, vt fæmur, hoc eſt, sẽſum, ſeu partem inferiorem (per Synecdochen) fæmore notatam, mortificationis enſe ſuccidant; ne timores nocturni, hoc eſt, nox culpę ſubintret:

negle-

neglectores verò, thalamum Salomonis, animam ſcilicet ita deſpiciunt; vt quod in atrio Dei olim Machabæi fleuerunt, culparum ſentibus, & virgultis nulla falce ſectis, inculta ſyluеſcat.

2 Quamobrem nauanda opera eſt, vt propriarũ paſſionum ortum, aſcenſum, & occaſum quiſque conſideret: nam præter ea, quæ ſcripta ſunt, multa ad profectum vtilia deprehẽdet: modo quippe hanc, modo illam paſsionem, velut à diuerſis parentibus natam, miros effectus producere animaduertet: quod è ſubiecto patebit exemplo.

3 Nihil ſane minus iræ conſonum videtur, quàm delectatio, & tamen iræ ipſi frequenter adnaſcitur, cum quis ſe furens vlciſcitur: ſed directius triſtitia cum delectatione, quàm ira pugnat: & tamen triſtitia, in ipſomet motu mœroris ex rei abſentia concepti cauſa deleſtationis eſt, dum amatæ rei memoriam parit.

4 Planiora ſunt alia, vt ſcilicet ex amore boni, odium mali aduerſantis exiſtat, & ex cõcupiſcentia boni dilati dolor ob dilationem excreſcat: illud etiam duarum paſſionum cõfligentium duellum ſatis vulgatũ eſt, cum erga rem vnam, puta ſilentium vel ieiunium appetitus & audet, quia victoriam ſperat, & timet; quia difficultate terretur: quæ conferent eò, vt & variæ paſſionum coniugationes agnoſcantur, & remedia varia ſuccedant.

5 Illud autẽ ſtudioſiſſimè frater quiſque dignoſcere curet: à qua videlicet paſſione moleſtius infe-

infeſtetur: quoſdam enim amor, alios odium, timor alios, alios ira ſæuius vexat: & ſicut animæ viribus ad actum vnum intentis, in alijs anima remiſſius agit; ita dum per paſſionis vnius motiones pars inferior furorem exhalat, paſſionibus ceteris languidiùs moueri ſolet.

6 Poſtquam vero capitalem ſuum hoſtem agnouerit, ad ineundam cum eo pugnam exurgat: & eius nece reliquas impugnationes extinguet. E remedijs verò, ſiue domandi modis, quos in ſingulis fere capitibus ternos protulimus, vel ex alijs, quos de Magiſtri conſilio non erit difficile inuenire, illum ſeliget, quo ſe fortius moueri perſpexerit.

Ad certamẽ cũ paſſione moleſtiore incũdum, doctrina in c. 20. ſecũdæ partis (vbi agitur de virtute vna ſeligẽda) præſcribitur.

7 Vniuerſe autem obſeruandum eſt, ex actibus externis (nam nos internorum præſertim actuũ modos, qui ſunt exteriorũ origines, tradidimus) pro cuiuſque paſsionis remedio contrariæ paſſionis actum externum exerceri poſſe, ſi paſſio, & rerum circumſtantiæ id ferant: non enim ad omnes paſſiones actus externos eiuſmodi neceſſarios opinamur, quippe deſperatio, & ſpes internis actibus reformantur. ſed mens noſtra eſt, cũ id fert opportunitas expedire, actus externos obire, qui cõtrarium affectum generent, vel paſſionem extinguant, non enim propriè agimus de contrario: ira quippe contrariam paſſionem non habet, ſed extingui poteſt.

8 Exempla documenti huius plura, & ſatis vſitata ſunt: nam qui puerili timore. v. g. mortuorum

rum afficitur : ſi cadauera aliquoties audacter contrectet(quod in Xenodochijs paſſim accidit) timorem expellit. Si quis iracundus opprobrijs frequēter exagitetur:in dies ſingulos minus iraſcitur: nam vt vulgo dictitatur (ab aſſuetis non fit paſſio) ac denique miteſcit. Si quis acedia, quæ triſtitiæ ſpecies eſt, laboret, violenter aqua conſperſus, vel alio acriore modo à ſomno excitatus, torporem illum breui excutit. Si quis veſtis nouæ, ac mundæ concupiſcentia teneatur, indutus veſte lacera, & ſordida, intra dies paucos affectum illum deponit. Hæc ergo externa remedia, & alia multa, quæ in tractatu virtutum, quibus paſſiones domãtur, expreſſimus, qui vincere cupit, non tantum iniuncta libenter ferre, ſed à Magiſtro exquirere debet.

9 Iam verò ſi modis illis internis, quos præſcripſimus, & his externis remedijs, ſtudium orationis addatur, res pro voto ſuccedet: ſtudiũ quippe hoc ad paſſiones domandas efficaciſſimum eſſe hac fortiſſima ratione concluditur: Conatus ipſe cor ad diuina erigendi, naturali quadam cõſecutione, inferiorem hominis partem eneruat, & à ſuis irritamentis auertit, quod ſic patet: paſſiones quippe, niſi præcurente ſenſuum notitia, non excitantur: qui ergo ſenſus internos rerum diuinarum imaginibus gerit intentos, radices paſsionũ cognitionis illius, quaſi gladio amputabit. Remedium eſt, è Regula noſtra natum, quæ fratres noſtros orationi iubet eſſe deditiſsimos,

inter

inter omnia verò remedia conſtans diuini auxilij imploratio, potiſsima eſt.

10 Illud præterea oculatè notandum; paſſiones vndecim ſi licenter agere ſinantur totidem eſſe vitiorum fontes: ſi vero ad rationis cæleſti auxilio roboratæ præſcripta imperioſè regãtur, prope totidem eſſe virtutũm ſeminaria. cum ex paſſionum motibus, ſi ratio ſuccumbat, vitiorum habitus producantur, & ex eiſdem ratione temperatis, virtutum habitus generentur. Iræ quippe vitium, ex paſsione iræ indomita, manſuetudinis verò virtus, ex ea domita, cõparatur: ex quo liquet, quam ob cauſam, multæ virtutes, & vitia eiſdem nominibus paſsionum appellentur: ſortiuntur enim nomina paſsionem, quarum actibus aut victoria procreantur.

11 Ex hoc effici videtur; vt de vitijs, ac virtutibus proxime agendum ſit: quod (iuuante Deo) poſt nonnullas tentationum notationes præſtabimus. Sed cum de vitijs tractatu proximo ſeorſim ſcribi poſſet ob maiorem cum paſsionibus affinitatem: vtilius viſum eſt, de virtutibus agere, ac eo quod ad vitia præſertim capitalia ſpectat, intexere: Compẽdioſior quippe, & ad praxim commodior doctrina eſt: quæ ſimul rationem virtutis parandæ, ac vitij extirpandi demonſtrat.

De

De Tentationibus *Cap. VIII.*

1 INter emolumenta maxima, quæ paſsionũ cognitio, & debellatio parit, tentationum notitia, & victoria meritò ponẽdæ ſunt. Vt enim ex modis paſsiones primum excitatas domandi patet, potiſsimus, & inter omnes efficaciſsimus tentamenta pellendi modus, qui à Patribus traditur, eſt ipſemet, quem multis in locis ſuperiorum capitum præſcripſimus.

2 Si enim mox, vt paſsio aliqua, quauis de cauſa excitatur, fratres noſtri modum coercendi ſuperius deſcriptum teneant, nulla eis tentamenta nocere poterunt, ſed meritum inſigniter augebunt: primo quippe inſultu repulſa, occaſionem paſsionis ſubiugandæ, virtutis parandæ, contrarijque vitij extirpandi ſtrenuis pugnatoribus offerunt.

3 Verum, quò ſedes tentationum, & inſinuationes nouerint, diuiſionem virium animæ à Theologis tradi ſolitam ſic accipiant.

4 Tres in homine vires cognitioni ſeruiunt, triplexque ad proportionem eis reſpondet appetitus.

Prima vis appellatur ſenſitiua, quæ ſenſus omnes tum externos, tum internos, ſenſum videlicet communem, phantaſiam, ſiue imaginationem, cogitatiuam, ſiue æſtimatiuam, memoriam, ſiue reminiſcentiam amplectitur; & cognitionem his

ſenſi-

ſenſibus hauſtam ſequitur appetitus ſenſitiuus, ex parte Concupiſcibili, Iraſcibilique compoſitus, quem vna cum motibus, ſeu paſsionibus vndecim ſatis apertè deſcripſimus.

6 Vis hæc appellatur inferior hominis pars, ſiue anima: vnde qui neglecto rationis ſuperioris lumine huic indulgent, animales ab Apoſtolo nuncupantur. Vis hæc præterea à Theologis myſticis infimum cælum nominatur.

7 Secunda hominis vis dicitur rationalis (quæ vna cum tertia ſtatim adijcienda) ſuperiorem hominis partem componit, & eſt ipſe intellectus, prout notitiam ex notitia deducit: ita vt ſi ratiocinetur humano more erga temporalia, portio rationis inferior, ſi erga æterna, vel temporalia per legem æternam, portio rationis ſuperior nuncupetur. Huic reſpondet rationalis appetitus, ſeu liberum arbitrium, quæ eſt ipſa voluntas, qua ratione ab inferiore, vel ſuperiore rationis portione mouetur. Vis hæc præterea medium cælum appellatur, ex cuius parte ſuperiore, ac vi tertia mox deſcribenda, ſpiritus hominis conflatur.

8 Tertia & ſuprema vis (in qua eſt ſynderesis, naturalis videlicet habitus practicus, cuius actus eſt conſcientia) eſt ipſe intellectus, quatenus à Deo lumen proxime recipit, vt prima principia cõceptis dũtaxat terminis, naturali, vel occulta diuinæ ſapientiæ vi ſupernaturali cognoſcat, & vocatur intelligentia, quamuis ab alijs non

ipſe

ipſe intellectus ſic acceptus, ſed eius actus intelligentia dicatur. Huic reſpondet voluntas prout quandam naturalem propenſionem ad bonum ſimplici cõceptu intellectus ſibi repræſentatum, à Deo proxime recipit. Vis hæc ex intellectu, voluntateque compoſita ſpiritus, ſeu tertium cœlum appellatur.

9 Spiritus ergò, qui ſuperiorem rationem, & intelligentiam, reſpondenteſque (ſeruata proportione) voluntatis gradus amplectitur, in rationẽ inferiorem dirigendam, ſenſuſque tum externos. tum internos moderandos, & appetitum regendum incumbit; inſigni tamen diſcrimine, cum externis ſenſibus, & (excepto pudendo) membris omnibus, dominio quodam deſpotico, hoc eſt, quaſi Dominus ſeruis, appetitui verò politice, hoc eſt, tanquam ciuibus imperet: membra quippe, ac ſenſus externi nequeunt reniti: appetitus autem pertinaciter quoque reluctatur.

10 Modus tamẽ illum reprimendi opportuniſsimus eſt (quem in c. 3. de remedijs amoris, oſtendimus) vt vis vni, præſertim amori, velut omnium paſsionum capiti inferatur, bono meliore appetitui propoſito, vt eò trahatur: vt ſi conſpecta pulchritudine carnea, Concupiſcibilis amore flagret, Chriſti formam elegantiſſimam Imaginatiua ex rationis imperio componat, & appetitum paſtu non ablato, ſed mutato, permulceat.

11 Eſt autem impendiò animaduertendum, noſtrę ſalutis hoſtem, veros Ieſu Chriſti famulos

inuidentius infeſtare,quàm Chriſtianos;reliquos ei parum infeſtos, ac propterea oportere illius inſultus, ac nocendi artes habere perſpectas;Innuit quippe ſe in ſenſus internos, & præter eam feritatem, quam paſſiones natiuam habent, ipſe appetitum vehementer irritat: quamobrem opus eſt, tentationes recenter excitatas, ne malum ingraueſcat, vigilanter, fortiter, celeriterque diſcutere.

12 Siue ergo (exempli gratia) re turpi ſenſibus externis percepta, & ad imaginatiuam vſque perlata, ſiue ſine exteriorum ſenſuum vſu ſola imaginatione compoſita, ſiue à dæmone quoque formata, (quæ tria paſſim accidunt,) quis tentetur, in rationis præſertim ſuperioris officium, debet accuratiſſimè reflecti, & ex eo quaſi regis ſubſellio vires omnes moderari.

13 Tunc ergo tentationis impetu inferiorem hominis partem commouente, ſi ratio,quouis modo,negligat exortas in appetitu ſenſitiuo paſſiones in turpia ferri, ſi ad plenam deliberationem non pertingat, culpam duntaxat venialem admittit.

14 Si verò ratio inferior,hoc eſt,quæ humano modo,de rebus iudicat,à ſuperiore,quæ diuino modo, iuxta Dei legem,de rebus cenſet,non correcta,vel (quod eſt planius) ipſa ratio ſuperior ſaltem tacitè aſſentiatur(dum eſt ſufficiens deliberatio) culpam mortalem committit,niſi res fortaſſe leuis ſit: nam in rem leuem,ſuperioris quoque

que rationis conſenſus, culpæ venialis eſt: ſed principaliter aſſerti exemplum afferamus.

15 Tentatur quis impudicè, poſtquam rem pulchram imaginari cœpit; extemplò concupiſcentia feruet: tunc ratio inferior, hoc eſt, intellectus humano more diſcurrens, velociſſime concipit, excretionem v. g. ſeminis ad grauatam naturam exonerandam, & corporis valetudinē prodeſſe; voluntatique cōceptus ille ſanitatis proponitur, tanquam bonum quoddam vtile, ac delectabile: Tunc ergo ſi ratio ſuperior, hoc eſt, ipſe intellectus, quatenus ad Dei legem æternam ordinatus eſt: permittente ſibi voluntate negligit conſiderare rem illam eſſe legi Dei aduerſam, vel quamuis eſſe notet, ita tamen permittente voluntate tepidè notat, vt ſinat placere ipſi voluntati, tacitus conſenſus mortalis eſt: quem tacitum conſenſum, (qui verè deliberatus eſt) delectationem moroſam Doctores appellant, non à temporis ſed à rationis tacitè aſſentientis mora, quæ in temporis momento accidere poteſt.

16 Si verò & ipſa ratio ſuperior expreſſe conſentiat (quod accidit, cum rem turpem intellectus deliberatè cogitat, & voluntas illi hæret) manifeſtum eſt culpam grauem admitti: niſi res leuis ſit, vt nuper aſſeruimus. Conſenſus quippe ſuperioris rationis, quantumuis expreſſus, in rem leuem, ſolam venialem culpam inuoluit.

17 Quin etiam in re grauiſſima ſi ratio ſuperior nō perfectè deliberet, culpa ſolum venialis ineſt,

vt in ſubitis motibus infidelitatis (quæ propriè ad ſuperiorem rationem attinet) ſolet accidere.

18 Ex his patet, vniuerſe verum eſſe, ex vno expreſſo, vel tacito rationis, voluntatiſque cōſenſu, culpas omnes, præſertim graues exoriri: adeo vt ſi, per incogitantiam, vel euagationem, vel quamuis aliam eius generis cauſam, non ſolum appetitus ſenſitiuus, verum, & intellectus ipſe, vanis illicitis, vel turpibus per horam integram, & diutius inopinus adhæreat (quod in officio Diuino, & alijs functionibus ſerijs, & ſacris ſolet euenire) culpa mortalis non admittatur.

19 Poſitis ergo duobus, diſtractione, vel turpi, aut innutili cogitatione, etiam importuniſſima, & quantumuis diuturna, & voluntate ſeria, illam ſtatim, ac animus aduertit, depellendi, mentemque colligendi, nunquam mortalis culpa ſubintrat

20 Quapropter cum fratres noſtri, (Dei munere) ita ſint affecti, vt praua opera nolint, res illicitas cogitare, nedum commitere, ſcrupulos, quaſi tentationis vaniſsimæ, ac nocentiſſimæ genus, obrepere non ſinant.

21 Nauent antem operam. vt tentationem à conſenſu dignoſcant, & fortiſſimè ad primos inſultus repugnare conſueſcant: quamdiu autem notitia tentationum, & pugnandi voluntas viguerint, ne credant ſe inſcios in grauia peccata (quæ Dei bonitas eſt) prolapſuros.

22 Si

22 Si verò grauiora tentamenta ingruant, certo ſperent, Dei eſſe, vires non ſolum pares, ſed ex liberalitate maiores ſuggerere, & facere cum tentatione prouentum. Expediant ſeipſos, & ament probari; vt cum probati fuerint, accipiant coronam vitæ.

23 Fœlix exitus tentationum eſt, quem Dei filius tentatus per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato notauit, dulciſſimè ſua caſtra ſolatus, & hortatus per hæc verba: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam. Quid autem tam lautè in menſa illa epulaturis deſit, vt non fortiter congrediantur? Tranſeant: ergo fratres noſtri per ignem, & aquam, vt in ſuauiſſimum educantur refrigerium.

PARS SECVNDA
DE VIRTVTIBVS.

Dd virtutibus in Commune Cap. I.

DE virtutum bonis acturi, nullo ad earum laudem aptiore principio, quàm vulgata definitione vti poſſumus, quę ſic habet: Virtus eſt habitus, quo rectè viuitur, quo nullus malè vtitur. S. Tho. 1. 2. q. 55. art. 4.

2 Oportet quippe rem pulcherrimam, & laude, ac amore digniſſimam eſſe, quæ vitę humanæ ſupremum bonum, id eſt rectitudinem præſtat: & adeo inuictè tuetur, vt ea nullus poſſit abuti.

3 Præſagiuit hoc ille, qui dixit; eam eſſe virtutē, quæ ſi ab hominibus perſpici poſſet, mirabilem ſui excitaret amorem: ſed cum Chriſtum ignoraret, ſine quo vera virtus exiſtere nequit, facile illo effato demonſtrauit, quid de virtute vera fuiſſet aſſerturus.

4 Tantus quippe decor, tam cæleſtis ſplendor Chriſtianæ virtutis eſt, vt ſi cum eius forma totius antiquitatis virtus miris encomijs à Philoſophis celebrata, fidei tamen ignara comparetur, ſupra naturæ metam, quam illi vix attigerunt, celſitudine quadam pene incredibili caput extollat.

5 Habet enim, ſingulari Chriſti beneficio, quid-
quid

quid honeſtum, vtile, ac delectabile mundus eorum bonorum cupidiſsimus excogitare non potuit.

6 Quæ enim honeſtas æque ſublimis ei, quam virtus parit, quæ homines eius cultores honore ſempiterno dignos efficit? quæ totius mundi gloriam, quaſi ſordidam luti concretionem proculcat? que animum adeo generoſum procreat, vt nihil ei niſi Deus ſatis eſſe poſſit?

7 Quæ verò vtilitas, adeo compendioſa, quàm quæ bonorum æternorũ lucro conſtat? quæ opulentiam, ſine vllo decremento permanſuram exquirit?

8 Quæ autem delectatio, cum ſyncerrimis veræ virtutis gaudijs è viuo Ieſu Chriſti fonte profluentibns, vbi ſpes fœlicitatis coaleſcit, queat vllo pacto componius?

9 Hæc omnia profectò cumulatius, quàm ſcribi, aut dici poſsit, virtus Chriſtiana producit, quaſi fructus ſtirpi congeneres, non homini tantum, qui virtntem colit, ſed ipſi quoque Deo ſuauiſsimos.

10 Pulchritudo quippe virtutis, tã exacta eſt, vt ſubtiliſsimam illam mentem alliciat, quam certe amore captam Scriptura Sacra, non obſcure demonſtrat: vt enim cetera ſileamus, totum fere Salomonis Canticum, per multiplices imagines quas homines corporeis aſſueti ſimulachris intelligerent, quędam diuerſarum virtutum abſolutam vnam formam componẽtium expreſsio eſt.

11 Iam verò, quàm amãter Clementiſſimus Deus illis imaginibus ſe oblectari profitetur? Profecto ad virtutum decorem commendãdum nihil maius inueniri poteſt.

12 Quapropter æquum erit fratres quoque noſtros, ea qua Deus ſe capi fatetur, pulchritudine mulceri: & illam omnium bonorum affluentiam, quæ virtutis ipſius fructus eſt, impenſius affectare.

13 Rectè ad rem hanc illud Baruch licet vſurpare: Diſce Iſrael. Vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ, & virtus, vbi lumen oculorum, & pax (& infra.) O Iſrael quàm magna eſt Domus Domini, & ingens locus poſſeſſionis eius.

14 Magna certe domus, & locupletiſsima poſſeſſio eſt, ad quam noſtri fratres adoptati extremæ dementiæ arguendi eſſent: ſi pro ea bonorum immenſitate ad virtutes perquirendas, non fortiter decertarent: quæ enim fœlicitatis pars hoc in exilio illis accidere poteſt, qui ad æterna bona intentiſsimè non aſpirant?

15 Sed ijs qui ad opus tantũ accinguntur, nonnulla communia de virtutibus aſſerta tradẽda ſunt.

16 Et primum, neminem latere decet, eaſdem eſſe Incipientium, Proficientium, Perfectorumque virtutes, ſi ſpecies illarum contemplemur, licet in tribus ijs Eccleſiæ militantis agminibus, in earundem virtutum progreſſionibus ſint multa diſcrimina.

17 Inci-

17 Incipientes quippe (quales conamur inſtruere) ſi maximo illi diuinæ legis præcepto (Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo) minimè pareant, à primo agmine protinus expelluntur: ſi pareant, eam ſanè virtutem, id eſt, charitatem, in qua ſecundi agminis profectus, & tertij perfectio conſiſtit, exercent: quod, & de ceteris virtutibus charitatem diuinam comitantibus, eiuſdem rationis efficacitate, aſſerendum eſt.

17 Verum intra charitatem ipſam, quæ longiſſimè procurrit, ac proinde intra reliquarum ſpatia virtutum, Proficientes longè, Perfectos longius ab Incipientibus diſtare, omnino compertum eſt.

19 Hinc efficitur, vt longe diuerſos virtutis colendæ modos iniri debeant: Incipientes enim virtuti nauant operam, vt vitia, & paſsiones elidant: Proficientes, vt virtutum ſplendoribus illuminentur: Perfecti, vt Deo iugiter adhæreant.

20 Ex hoc fratres noſtri perſpicere poſſunt, quò ſuos conatus intendere debeant: habent enim hoſtes infeſtiſſimos, ad quorum acres conflictus virtutibus armandi ſunt.

21 Et ſi enim Clementiſsimus Deus nouos cultores ſuos indulgenter habere, virtutis arduitatem lenire, ac infeſtationes inimicorum prohibere ſoleat, ne ab hoſtibus territi reſiliant: verum eſt tamen, hoſtes adeſſe, ſed repri-

mi;

mi quo ad ratione cognoſcent.

22 Ante dies paucos tentationes ingruebant: indomitæ paſſiones æſtuabant: nunc verò virtutum opera expeditè, ac ſuauiter obeunt: nec tamen egregia opera peæſtiterunt;aut cnm ſenſibus proprijs fortiter congreſſi ſunt: ſed inſtillatam deuotionem repente ſenſerunt; quæ omnem difficultatem condiuit.

23 Animaduertãt ergo qui adhuc imbelles ſunt externos hoſtes coerceri, internos verò,non eſſe mortuos, ſed ſopitos: ac ita, ſublata deuotione, quæ ſomnum induxit, ferociter pugnaturos: propterea q. non ſegnius de virtutibus parandis agant, quàm ſi acriùs oppugnarentur.

24 Sed cum virtutes plurimæ ſint, nec omnium, tractatio ſit ad rem noſtrã neceſſaria, illas duntaxat ſeligemus, quæ ſtatum noſtrum præſertim deceant, & ad inſtituti noſtri finem expenſa, temporum, ac locorum ratione conducant.

25 Quamuis enim virtus quęlibet,genere ſuo excelſa, & cuiq. honeſta, vtilis ac delectabilis ſit, & ad euentum omnem conferre poſſit: hominum tamen captus, tot capitum numeris, impar, ad virtutes acquirendas, multitudine non iuuatur, ſed obruitur.

26 Hoc ſanè virtus quæq.apud idoneos rei tantæ ponderatores efficere debet: vt ſui excitet deſideriũ: Dei quippe ſemen eſt: quo nihil amabilius. Sed quo ad numerum, modumq. virtutum, quibus potiſsimum quiſq. pro captu ſuo ſtu-

ſtudere debet; certa ratio ineunda eſt, de qua in tractatus calce dicemus.

27 At verò, vt virtutum doctrinam quæ ſapientiæ noſtræ pars maxima eſt, perſpicuè tradere poſſimus: primum de Theologicis, mox de moralibus accommodatè ad clauſtri diſciplinam, & ad peculiarem inſtituti noſtri rationem agemus.

28 Tria verò præcipuè in cuiuſq. virtutis expoſitione præſtare conabimur. Virtutis ſcilicet deſcriptionem cum adhortatione ad ipſam colendam: contrarij vitij, vel paſsionis expugnationem: actuum, quibus acquiritur, vel augetur, præſcriptionem: ſed ſub auctoris virtutum Ieſu Chriſti, ac Beatiſsimæ Virginis Mariæ tutela, earum virtutum, quas delegimus, doctrinam aggrediamur.

De Fide *Caput.* II.

1 FIdem primo loco ponendam, ex ipſa patet definitione, quam tradit Apoſtolus aiens; Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum nnn apparentium: quaſi ipſe diceret, fidem eſſe baſim ædificij illius, quod extruitur in cælis, & cuius poſſeſſio ſperatur ex terris. hanc enim vim habent illa verba, ſperandarum ſubſtantia rerum: & quia, quæ non videntur, non adeo animos vrgere, nedum conuincere ſolent, ſubdit, eſſe argumentum; hoc eſt perſuaſionem

non apparentium : quo ſubnotat diuinam auctoritatem: quæ firmius non viſa perſuadet, quàm quæ naturali lumine appertè cernuntur.

2 Statui autem Obedientiæ, quàm ſit neceſſaria non illa tantum fidei menſura, quàm ceteri Chriſtiani adepti ſunt, ſed maior alia multoq. procerior, ex illo ſanctorum Patrum aſſerto perſpicitur : Obedientia eſt opus fidei.

3 Obſcuritas enim fidei cæcitati vltro ſuſceptæ, quæ Obedientiæ ſtatum perficit, dum non ratione, ſed auctoritate diuina duci optat, mirificè conſentit : vt nefas ſit, virtutes duas ingenio vno à Deo coniunctas ſeparare : proptereaque Apoſtolus in eodem capite, vbi fidei definitioné tradit : opus illud heroicum Abrahæ filium immolare parantis, fidei tribuit; cum ſit eximiæ actus Obedientiæ : idem quippe pollere putauit Apoſtolus, ac ſi opus illud Obedientiæ tribuiſſet.

4 Cum ergo fratres noſtri ad Obedientiæ ſtatum aſpirent: ipſo vinculo, quo necti cupiunt, aſtringuntur ad virtutem hanc diligendam, & eius peritiam comparandam : qnod rei nobilitate allecti præſtabunt.

5 Conſtat enim fidem Theologica nobilitate præditam eſſe: hoc eſt, vltra omnem reliquarum virtutum non Theologicarum celſitudinem, vnà cum Spe, & Charitate Deum (vt Scholaſtici loquuntur) pro obiecto habere : & ſicut Spei, & Charitatis eſt, voluntatem ad naturam Diui-

nam

nam afficere, ita fidei eſſe, intellectum diuinis aſſertionibus erudire.

9 Quanta verò ſit eius eruditionis altitudo, vel ex eo patet, quod nō ſolum vniuerſę Philoſophorum ſcholæ inani ſapientiæ nomine celebratæ, ſed ne ipſæ quidem Angelicæ mentes naturali tantum perſpicacitate ſpectatæ, vnam ſaltem veritatem reuelatam conſequi valeant.

7 Et tamen viri clariſſimi per tot ætates naturalem ſciendi ſitim explere cupientes, eas rerum cognitiones multis nebulis obductas; quas natura lapſa parare potuit, adeo magnifecerunt; vt alij abiectis diuitijs, alij peregrinationibus ad illuſtria gymnaſia ſuſceptis, alij ſibi quoque oculos eruentes, laboribus immenſis modicam Philoſophiæ notitiam comparare honeſtum exiſtimauerint.

8 Quid ergo pro illuſtriſsima Fidei cognitione, comparanda, vel augenda, fieri debeat, hoc potiſſimum tempore, quo fratres noſtri, ad eam propagandam, diuinitus electi videntur? Aut quo ſupplicio dignus non ſit, qui myſteriâ fidei pernoſceré, ac ſapientiæ tantæ lucra noua, in dies ſingulos, conquirere negligit? Certè hâc patet acceſſus ad Deum, qui vtilitatem ſalutis immenſam parit, quippe res pretioſiſſima, eſt index eius viæ, quæ rectâ in theſauros tendit æternos: fides autem index eſt: quò qui ducuntur à regione illa viuorum, quæ auri feraciſſima eſt, minimè aberrant.

9 Quàm

9 Quam verò voluptatem affert? Profectò qui compendio tantã ſitim ſciendi, vltra omnem humanæ ſapientiæ metam, fide ſedari, cogitauerit, ſummopere delectabitur: & rectius quàm Hæbræi poterit gloriari per verba hæc; Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Res quippe mira eſt, & ad emolliendã corda efficaciſſima: ruſticis quoq; mulierculis, quæ vix animi ſenſa indicare norunt, incerta & occulta diuinæ ſapientiæ per fidem patuiſſe.

10 Sanè bonus ille fidei æſtimator Auguſtinus, cum ei Catholica fides illuxit, & prioris cæcitatis tenebras diſcuſſit, non ſatiabatur (vt ipſe ait) dulcedine mirabili conſiderans altitudinem Diuini conſilij ſuper ſalutem generis humani.

11 Et quidem ineffabilis lætitiæ origo eſt, illa virtutis huius certitudo, quæ ſine vllius erroris ſuſpicione, quis ſit ille noſtræ fœlicitatis auctor, quàm excelſus, quàm potens, quàm nobis propitiùs, quàm ſuauis oſtendit. Ediſcant alij huius ſæculi prudentiam, & inutilem rerum variarum eruditionem acquirant, vt albo ſapientum inſcribantur, & vſq; ad miraculum celebrentur: nos autem inter mites Chriſti diſcipulos Præceptori magno colla ſubdamus, & ad lucernam, quæ lucet in caliginoſo loco æternitatis itinera ſectemur.

12 Hæc eſt ſapientia illa, quæ domuit orbem, & ingenia ſubtiliſſima ſuſpendit, ac Ieſu Chriſto

Cru-

Crucifixo præclariſsimos ex omni natione viros addixit. Huius vel ſola confeſſione) nã cætera neſcire compertũ erat) ſimplex ille,at fide rectus vir philoſophũ diſertiſsimũ,qui in Concilio Nicæno fidei detrahebat, ſtupente illo grauiſsimo Senatu ſubiugauit; vbi,quod multæ argumẽtorum ſubtilitates efficere nequiuerant, ſolius fidei firmitudo perfecit.

13 Hanc ergo fratres noſtri magnifacere,ac eius myſteria, quæ Chriſtiana doctrina continentur, ita perdiſcere curent, vt eis armis (eſto alias inermes eſſent) pugnare, ac vincere poſſint. Sed actuum fidei exempla proferamus.

EXEPLVM.

14 Actus fidei,quorũ incuria,in repẽtinis cõgreſſibus,multos læſit,ſic exerceri debẽt.

Auctor fidei Ieſu Chriſte, firmiſſime credo, vera eſſe omnia, quæ te reuelante credit ſancta Mater Eccleſia, & pro aſſertione hac libenter moriar.

Impoſſibile eſt,veraciſſime Dñe,aliquid falsũ Eccleſiæ tuæ à te reuelari: quod morte teſtabor.

Omnino verum eſt tres eſſe ſanctiſſimę Trinitatis in vna diuinitate perſonas: pro qua veritate occumbere deſidero.

Verum eſt profecto Clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, te Deum, & hominem, ſed vnam tantum perſonam eſſe: atque vtinam pro hoc aſſerto diriſſimè comburar.

Cer-

Certe verum eſt,te Clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, Deum, & hominem perfectum in Sacramento altaris exiſtere: quod ego per medios gladios, & ignes profitebor.

Notandum quicquid boni cogitatur, dicitur,aut efficitur,ad quamcunq.virtutem,ſpectet, ſi fiat eo animo, vt fides firmetur, & augeatur, præſertim ſi quis deliberet, illum actum exercere,quaſi profeſſionem fidei, eſſe huius virtutis actum: quod de reliquis virtutibus pariter aſſerimus: contrahunt enim honeſtatem virtutis, ad quam diriguntur,quod in cap. 20. luculentius oſtendemus.

15 Huiuſmodi ergo actus frequenter exercendi ſunt: & vt fides his conatibus validior fiat,erit ad rem, martyrij occaſiones mente verſare, & quaſi coram Tyrannis,ad actus illos fortius producendos, cor impellere, dandaq. opera eſt, vt multa cum deliberatione, ac animi firmitate fidei veritates proferantur.

16 Verum in tertia huius capitis parte, & ad virtutem ipſam perficiendam, & ad vitia contraria, ſeu tentamenta depellenda: capita rationum, quæ ſancti Patres docuerunt, attingere, operæpretium erit.

17 Animo quippe certa fide ſubnixo,rationes veritatum diuinarum, non vt credat,ſed vt res altiuſ cõcipiat penſitare, ad fidei robur ſatis prodeſſe ſolet:quapropter fratres noſtri,vt ad omnẽ euentum parati ſint, ſubiecta percipere conẽtur.

18 Nul-

18 Nulla vnquam veritas apud homines fide digna viſa eſt, quæ tot ambiretur circũſtantijs fidẽ facientibus, ac veritas Ieſu Chriſti D. N. quod ſic euincitur, à locis cõmunibus breuiter indicatis.

19 Fides aſtrui poteſt, vel ab aſſertore ipſo alicuius veritatis, vel alijs, ſiue amicis, ſiue inimicis. Aſſertor ipſe ſi ſapiẽs, ſi nobilis, ſi bonis moribus conſpicuus ſit, communi hominum ſenſui nõ ſine imprudẽtia reſpui poteſt: at Ieſum Chriſtum D. N. (etiam ſi humano more dicamus, & auctorũ eius tẽporis, quo inter mortales egit, ſcripta cõſulamus) ſapiens fuit, quod in templo duodennis & publice poſteà demonſtrauit, cũ vulgo diceretur; Quomodo hic literas ſcit, cũ nõ didicerit: & nunquam ſic locutus eſt homo, cũ alijs publicis acclamationibus: Ingenuus fuit: nõ enim ignorari potuit genus, quo ad matrimonium Virginis, & Ioſeph neceſſariò explorãdũ: & Paulus ait: Manifeſtũ eſt, quod ex Iuda (quæ Regia tribus erat) ortus ſit D. N. Ieſus Chriſtus; inculpatus fuit, nullius enim peccati reus eſſe, vel conuinci ab inuidentiſſimis obtrectatoribus potuit: ac proinde peccata teterrima non perpetrauit, qualia cõmiſiſſet, ſi ea, quę docuit, non vera fuiſſent. Pertinebant enim ad Religionem, ſine qua cultus Dei, vel ſalus hominum conſtare nequibant.

20 Cum ergo ipſe ſapiens, nobilis, inculpatus diſertiſſimè Trinitatis myſterium, ſe Dei filium, Euchariſtiæ ſacramentum, & alia fidei capita prædicarit, & ob id mortem ſubierit, aut contra

vim rationis allatæ fuit blaſphemus, & damnatus, quod eſt incredibile: aut eſt Dei filius, & cetera, quæ docuit, ita ſe habent, quod veriſſimum eſt.

21 Ad ipſius etiam aſſertoris perſonam ſpectant, opera, quæ ad ſuam doctrinam aſſerendam præſtat: ſi enim præter ſapientiam, nobilitatem, probitatem, edit miracula, quæ ſunt propria Dei teſtimonia; nemo niſi planè demens, exceptionem aliquam obijcere poteſt: at Chriſtus plurima miracula edidit (ipſis inimicis ſponte fatentibus.) Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Veritatem ergo prædicauit. Certe, vt cetera ſileamus, famoſiſſima Lazari ſuſcitatio totius Hieruſalem, & vicinorum oppidorum animos exciuit.

22 Si verò fides aſtruitur ab amicis: nuſquam incorruptiores amici, quàm Euangeliſtæ quatuor, quorum ſcripta vulgatiſſimam continent hiſtoriam, quæ à nullius conditionis hominibus potuit ignorari. Hos autem quatuor Hiſtoricos fide dignos eſſe, cum inculpatiſſime vixerint, magnam orbis partem conuerterint, & nullius mendacij, per tot ſæcula, à tot fidei hoſtibus conuinci potuerint, ac denique cum ipſorum reliquiæ ad hæc vſque tempora, tot ſanctitatis ſigna prætulerint, nemo niſi apertè ſtultus inficiari poterit. At Scriptores hi, vt oculati teſtes Chriſti myſteria memoriæ prodiderunt: vera ergo ſunt.

23 Inter

22 Inter amicos præterea,vt proprios teſtes,Martyres innumeros,qui nobilitatem,diuitias,voluptates abiurarunt, vt pro Chriſto mortem opꝑeterent, iure poſſumus recenſere. Atqui fieri potuit, vt bona illa mundo, & carni ſuauiſſima, puellæ quoque tenerrimæ, ac ad Regum connubia expetitæ (quod notiſſimis patet hiſtorijs) tam fortiter aſpernarentur, & acerbiſſima nece permutarent,niſi Diuina veritas eſſet, quam Ieſus Chriſtus earum ſponſus euulgauit?

24 Amici quoque fuere clariſſimi Confeſſores, ac Monachi,qui abdicatis aulæ delitijs antra ſpinis obſita,ſaccis aſperrimis accincti ſubierunt:quos (vt ipſorum elogijs conſtat) ſola Ieſu Chriſti veritas, ab anteactæ vitæ licentia compediuit.

25 Quid de corporum incorruptione, ac odore? quid de miraculis huius tempeſtatis?vt antiquiora Apoſtolorum, & aliorum Patrum ſigna taceamus?

26 Prolixum foret amicorum caſtra percenſere: res ipſa clamat: & aut nullius rationis compotes homines ſunt: aut rebus etiam humano more perpenſis,ſola Ieſu Chriſti fides vera eſt.

27 Quid iam de inimicis adiungendum?Profecto inter inimicos, & Pilatus qui Chriſtum morti addixit, vt vxor eius numerari queunt:at Pilatus coram tota Hieruſalem confeſſus eſt,ſe nullam in Chriſto culpam inuenire. Vxor eius, ſic illum admonuit: Nihil tibi, & iuſto illi.

28 Pontifices,& Phariſæi crudeliſſimi hoſtes cogita-

gitauerunt, vt non ſolũ Chriſtum, ſed & Lazarum interficerent, qui miraculo ſuſcitatus Chriſti famam protendebat. Et ſæpe inſperatis Chriſti prodigijs calumnias obijcere tentantes, vt in cœco nato, & aliàs ab ipſo Chriſto incitati, per illa verba: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nũquam culpæ vllius victoriam obtinuerunt. Denique ipſi qui nauabant operam neci eius, videntes portẽta mũdi qui auctorẽ ſuũ interire ægre ferebant: ipſum iuſtum, ac Dei filium acclamarunt: quæ omnia ex ipſis Euãgelijs facilè cõſtant.

29 Quid de ipſius natali Regum Orientaliũ adoratione, paſtu tot millium hominum in deſerto? quid de Reſurrectione, terræ motu; Cuſtodum metu, Pontificum pecunia militibus data? quid de Aſcenſione, ac Spiritus ſancti miſſione, & alijs ſub illud tempus tam publicè geſtis, vt oporteat eum qui res teſtatiſſimas negat, palam inſanire?

31 Quid de apparitionibus coram ijs hominibus tam veracibus, tam probis, tamque toti terrarũ orbi conſpicuis, ſcilicet Apoſtolis, de quorum animis nulla vnquam apud cordatos ſuſpicio ſuboriri potuit?

31 Quid de tot ſæculorum ſerie, quæ Petro ſuccedentibus Chriſti Vicarijs hucuſque inuicta perſeuerat, nec vllis totius orbis aduerſantis bellis occubuit? Quid etiam de tot Imperijs, ipſoque Romano, cui omnia ceſſerunt, inopum hominum non potentia, aut opulentia, vel eloquentia, ſed fide Chriſti ſubiugatis?

52 Quid

32 Quid de tot nationum viris inſigni ſanctitate, ac ſapientia clariſſimis, qui & ſcriptis, mirifice conſentientibus, & cultu fideliſſimo in vnā eam fidem Chriſti gratia conſpirantibus? qui cum ſe de facie minime noſſent, vnam fidei faciem ore, ac ſcripto ſemper exhibuerunt?

33 Et ſanè tametſi deſiderarentur rationes omnes, quas induximus, quæ fidei veritatem perſuadent: vna certe ratio, quæ à viris Chriſtianis ignorari non debet, & ſectæ cuiuslibet Infidelibus neceſſario vim affert, non eſt reticenda: quæ ſic habet.

34 Aut nullus in terrarum orbe cultus veri numinis eſt: aut ſecus primum à nemine, niſi Atheo afferi poteſt: qua enim fronte dici queat, nullam à rerum conditore religionem hominibus, qui ei cultum lege naturæ afferre debent, inſpiratam fuiſſe? Si autem ſecus: omnino dicendum eſt, eam ſolam à vero Numine legem inſpirari debuiſſe, quæ ſapientiam, & bonitatem infinitam, qualem de ſuo Numine ſecta quæque cõcepit, aperte deceat: quapropter veram ſanctitatem à cultoribus ſuis, & vniuerſarum cultum virtutum humanæ naturæ congruentium expoſcat neceſſe eſt: nõ enim diuino candori cultores immundi placere poſſunt: at mundi eſſe nequeunt, ſi virtutibus omnibus omnia vitia non deleant: vna quippe virtus ſi abſit, homo labe non caret.

35 Cum ergo ſola fides, lex vè Ieſu Chriſti D. N. veram, omniumque virtutum perfectione cõſtan

tem vitæ ſanctitatem à nobis requirat, nec vllã vel leuiſſimam cogitationem rationi aduerſantem admittat: quin potius, eam licet hominibus celari poſſit, præſcriptis Eccleſiæ remedijs expiari velit, efficitur profectò, ſolam Chriſti veritatem eſſe diuinam, cæteras verò Infidelium doctrinas omnes, quæ huic apertè diſſentiunt, eſſe Satanicas: quod ex earum cum veritate Chriſti comparatione, ex ritibus vaniſſimis cultorum ſuorum, ex vitæ turpitudine, quam velut rem licitam, complectuntur, & multis alijs capitibus, quæ inſtructione breui tradi nequeunt, facile perſpicitur: præterquam quòd vel ex hoc ſolo capite, quod à Chriſti lege, quam perpetua fidei confeſſio per tot ſæcula tenuit, ſectæ vel diuerſæ leges ſint, reuincuntur: ſi enim ſola Chriſti lex, vt probauimus, vera eſt, reliquæ omnes ab ea diuerſæ, falſæ ſunt.

36. Tot igitur rationum agminibus, eos qui de fide Ieſu Chriſti, non modo tenaciſſime amplectenda, vel imis radicibus defigenda, ſed in alios quoque deriuanda cogitaturi ſunt, eſſe oportet inſtructos: & vt ipſi primum ſibi conſulant, ad virtutis tantæ cultum, ſic affici debent, vt initio ſtatus obedientiæ, Superioribus ſuis intellectum argumento non apparentium cedentem, & non humanis rationibus, ſed auctoritati diuinæ parentem exhibeant; & ea diſciplina tot in fide progreſſus facere pergant, vt pro ea tuenda, ſi fœlix ſors detur, occumbant.

De

De Spe. *Cap. III.*

1 SPes Theologica, eſt virtus, qua voluntas (in qua reponitur) auxilio diuino freta ad Deum acquirendum aſſurgit.

2 Ad cuius definitionis intellectum, quæ de paſſione ſpei à nobis dicta ſunt, non parum conferẽt. Fertur quippe Theologica ſpes in bonum illud immenſum, ac ob id, arduum, viribus diuinis innixa; & eius actus, erectio quædam voluntatis grandia molientis eſt. Nihil enim æque magnum aliarum virtutum non Theologicarum conatibus animus aggreditur.

3 Ex quo nobiliſſimæ virtutis huius ingenium dignoſcere licet: poſtquam enim intellectus fidei lumine perfuſus, ſempiterni boni magnitudinem voluntati propoſuit: ſtatim ſe illa per ſpem diuinam erigit, confidens, eò ſe peruenturam: ex quo liquet, quàm ſignificanter Apoſtolus (ſpem incedentem) illam appellauerit; quaſi ſuis actibus, velut quibuſdam greſſibus, in bonum fide oſtenſum contendat.

4 Quàm verò vtile ſit virtuti huic aſſueſcere, grauiora pericula demonſtrant; animus enim, qui multis actibus ſpei, ſe non exercuit, dum repente aliquo mortis diſcrimine corripitur, mirum eſt, quantopere langueat, & (paulò minus) deſperet.

5 Ratio in promptu eſt; cum enim perquam

raro eiuſmodi grauiſſima pericula inſtent, qui in eis dumtaxat euentibus, ſpem exercere meminit, hebes eſt, more gladij, qui diu ſuperius rubiginem contrahit, ac ægre diſtringitur.

6 Qui verò eiuſmodi actibus aſſueſcit, quandam bene affecti animi præparationem, ad omnem euentum acquirit, quę propria iuſtorum eſt, qualem Propheta commendauit aiens: Paratum cor eius ſperare in Domino: cuius fructum mox adiunxit: Confirmatum eſt cor eius: non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos.

7 Hæc profectò vtilitas maxima eſt, quæ hominem cordis ſtabilitate, quaſi dicamus, ſtabilibus bonis locupletat; qua ſanctorum poſſeſſione lætabatur Apoſtolus aiens: Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam.

8 At quam pariat delectationem ſpes immortalitatis immota, ipſemet Apoſtolus indicauit, cum dixit: Spe gaudentes; nihil eſt enim, quod animum inter medias mundi procellas fatigatū ita recreet, exhilaretque, ac firma regionis viuorum expectatio.

9 Spes hæc vires ſuggerit, ardua quæque adoriri facit; & præ gaudij magnitudine, omniū aliarum voluptatum contemptum inducit.

10 Honeſti verò laus in hac excelſa virtute tanta eſt, vt animos generoſiſſimos creet: ac omnem propriæ vilitatis memoriam expugnet; quaſi enim nullo carnis pondere animus premeretur, validiſſimè in Deum extollitur: ſicut ſcriptum

eſt:

eſt: Qui ſperant in Domino; mutabunt fortitudinem, vt aquilæ volabunt, & non deficient.

11 Sublimem ergo virtutem hanc fratres noſtri accuratiſsime colant, & occaſiones rarius occurrentes, ipſi ſua ſedulitate præueniant: nec ſolum ea communi, & valde lenta ſpe, quæ Chriſtianis multis ſatis eſſe videtur, contenti ſint: ſed eo pertingere nitantur, vt in deſperatiſſimis quoque rebus, ſperare perdiſcant: more illius, qui cum immenſis calamitatibus obſeſſus, à Deo repulſus, ab amicis vexatus, ab vxore ad deſperationem impulſus, & ſibi ipſi grauis effectus mortem, ad ſingulos fere halitus, expectaret, aiebat: Etiam ſi occidat me, in eo ſperabo.

12 Si enim noſſent homines, quàm ſit Clementiſsimo Deo dignum; parcere proſtratis, ob infinitam miſericordiæ magnitudinem, & quàm facile ſit ei ſubito pauperem honeſtare: non dubium, quin è medijs teterrimorum peccatorum fluctibus, fidentiſsime reſpirarent.

13 Et quidem cor illud Dei nobiliſsimum decet, magna largiri, & ad ipſius gloriam, quo cuncta opera ſua refert, apprime facit, ſperantibus propitiari. Cum enim intuetur hominem multis peſſimorum ſcelerum millibus obnoxium, quem propriorum conſcientia peccatorum accuſat, nihilo ſecius, de diuina boni-

tate

tate tam excelſe ſentientem, vt veniam ſibi certò promittat, quantum conijcere licet, ſic agere videtur.

14 Peccator hic ære alieno ſupra vires grauatus, nunquàm niſi de me ad iram prouocando cogitauit: & tamen, nunc, quando pœnam de illo ſumere paro, in me firmiter ſperat. Profectò, cum certo ſciat, conſcientia teſtimonium perhibente, ſe veniam non mereri, non ita fidenter in me ſpem totam ſuam collocaret, niſi me nobiliſsimum, & ad indulgendum propenſiſsimum certo ſibi perſuaderet. Parcam ergo ei: & quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum; quoniam cognouit nomen meum. Porro ſic multis errata condonauit.

15 Ex quo Fratres noſtri diuino munere non iam tantorum ſcelerum rei, cognoſcent, quàm turpe, ac Ieſu Chriſti famulis indignum ſit, alia minora, hoc eſt, alicuius paſsionis victoriam, vel virtutis obtentum, non firmiſsime ſperare; ſed actus, quibus hæc virtus exercenda eſt, præſcribamus.

EXEMPLVM.

16 Clementiſsime Deus, firmiſsime ſpero, me tandem ex auxilio tuo, & bonis * operibus gratia tua præſtitis, gloria ſempiterna fruiturum.

* Annotatio Spes, quæ ſola miſericordia, ſine operum bonorum oppoſito nititur, in præſúptionem degenerat.

Tametſi

Tametſi grauiſſima peccata commiſerim, liberaliſſime Domine, procul dubiò veniam indulgebis.

Quamuis ad horas ſingulas in multas culpas deformiter labar, certe Chriſtianam perfectionem, te iuuante parabo.

Etiam ſi licenter nimis, grauiora peccata perpetrarem, tu, mitiſſime Ieſu Chriſte educeres me de lacu miſeriæ.

Quanquàm ſolus, ego peccatorum omnium, quæ ab ineunte mundo commiſſa fuere, reus eſſem, tu, benigniſſime Deus, libenter ignoſceres.

Spero equidem, tuo munere, miſericordiſſime Domine, omnem à me vitæ huius difficultatem ſuperandam, & in terra viuentium me ſemper victurum.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra, & exurgat contra me prælium extremum, ac inferni portis videar propinquare, adhuc miſericordiam tuam magnam expectabo.

17 Huiuſmodi actus valide producendi ſunt: vix enim credi poteſt, quàm viriliter his motibus cor auxilio diuino fretum erigatur. Sed tertiam capitis partem, ad vitium, paſſionemque, ac tentamenta deſperationis extinguenda, ſubijciamus.

18 Ad omnem vitiorum, paſſionum, & tentationum incurſum animoſe propulſandum rationes plurimæ ſuppetunt adeo efficaces, & ad

cor

cor bene afficiendum opportunæ, vt ſaxa quoq. mouere poſſent: at noſtras, inter omnes, potentiſſimas ſubdemus.

19 Prima. Deus, tametſi nec Incarnationem, Paſsionem, ac mortem vnigeniti filij ſui, nec ſacramentorum remedia, nec Beatiſsimæ Virginis, ac ſanctorum patrocinia hominibus prouidiſſet, ſua tantum bonitate, ac naturali ad benefaciendum propenſione ſpectatus, miſericordiſſimus eſt, nec bonitatem, ac miſericordiam ſuam operibus alijs æque ſublimiter, ac parcendo manifeſtare poteſt: ſupremus quippe bonitatis, ac miſericordiæ gradus eſt, ijs benefacere, à quibus irrogatur iniuria: Cum ergo propter ſempiternum, hoc eſt, ad manifeſtandam bonitatem ſuam omnia operatus ſit Deus, & nihil ad eum finē diuinæ gloriæ, ac manifeſtationis æque conferat, ac hominibus, præſertim grauiſsimis peccatoribus, miſereri: certo ſperari poterit præſtiturum eſſe petentibus veniam, daturum gratiam, & gloriam.

20 Augetur vis rationis vehementer. Propenſior eſt Deus ad benefaciendum, quàm ignis ad comburendum: ſi ergo ignis quoties nihil contrarium obſtat, materiam quamuis appoſitam exurit: Deus quoque, quoties nihil obſtiterit, miſerebitur: at nihil obſtat, quoties homo ſerio vult, vt Deus illius miſereatur, & gratiam quoque largiatur: Sperari ergo poterit, peccatoribus etiam ſceleſtiſſi-

ſtiſſimis; ſi ſerio velint, eum errata condonaturum.

21 Sed adhuc accommodatius vim rationis pōderemus. Nemo vnquam ab initio mundi, tam perdite fuit deditus vino, vel intemperantiæ, qui æque illa voluptate delectaretur, ac oblectatur Deus miſerendo: Si ergo ebrius vel intemperans non ſolum voluptates ſuas libenter captat, ſed rapide ad illas fertur: Deus quoq. ſine vllo tantæ Maieſtatis dedecore, immo ſumma cum dignitate, ad captandam illam ſuam miſerendi voluptatem feſtinus accurret. Certè rem probauit euentus: propterea quippe miſit eloquium ſuum, hoc eſt, filium ſuum terræ: quia celeriter miſerendo delectatur: erat autem ad rem, filius eius, quia velociter currit ſermo eius.

22 Iam igitur, ſi Deus cum miſeretur, rem efficit ſibi honorificam, id eſt, ad ſuæ gloriæ famam conducentem naturæ, ac palato proprio conſentaneam, propterea delectabilem; addamus etiam, vtilem: lucratur enim tot famulos, quot hominibus miſeretur: quis adeo ſit rudis, vel inſanus, qui ſpem inconcuſſam non alte concipiat, & de munificentiſsimo Domino, quicquid ſerio poſtulauerit, ſibi promittat?

23 Secunda ratio. Clementiſſimus Deus ab æterno (vbi nullus eum deprecari potuit, cum mundum minimè creaſſet) ſua bonitate propenſus

penſus præuidens Adæ lapſum, Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrum incarnari decreuit, & vbi venit plenitudo temporis, ille ex Beatiſſima Virgine incarnatus, & natus, per annos 33. incommoda multa paſſus, demum toto ſanguine profuſo, meam à Patre ſalutem emit, & pacto pretio ſemetipſum totum ita pro me vno Patri obtulit, ac ſi de nullo alio redimendo cogitaſſet, quod eſt idem, ac ſi diceremus; Ita pro me Chriſtum totius ſanguinis pretium obtuliſſe, vt non minus pro me totus ille ſanguis fuſus fuerit, quàm ſi pro alio nullo illum Chriſtus effudiſſet: nec magis à me vel vna eius ſanguinis gutta diuertatur, quàm ſi præter me, nemo redimendus fuiſſet: quod ſenſiſſe videtur Apoſtolus, vbi ait: Viuo in fide filij Dei; qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me: aliquid enim pecularius ſenſit, quàm vbi dixit; Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.

24 Statuamus ergo (ad vim rationis expendendam) propoſito, totius ſanguinis, laborum, ac mortis pretio, Ieſum Chriſtum pro me vno, Patrem interpellare, nec ab eo, per ſudorem horti ſanguineum, aliorum hominum remedium, ſed ſolam ſalutem meam, cum clamore valido, & lachrymis depoſcere, tantundem eſt enim: nec interpellatio pro alijs, negotij mei expeditioni quicquam ademit.

25 Quis ergo ſit tam delirus, qui dum hæc medi-

tatur,

tatur, non fortiſsime ſi iacet, reſurgat, & corde medio ſpem quandam inuictiſſimam condat? Profectò ratio hæc non modo ægris ſalutem, ſed mortuis quoque vitam reſtituere poteſt: & obſtinati cordis argumentum eſt, efficacitate tanta non vrgeri.

26 Tertia ratio. Præter excellentiſſimam Dei charitatem, quam nobis exhibuit in Chriſto, qui ſpei noſtræ fundamentum eſt: ipſemet Chriſtus multa dixit ad ſpem noſtram excitandam opportuniſſima, quale illud: Petite, & accipietis quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur, quod eſt grande promiſſum. Sed illud eſt maximum: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Certè quaſi auctor impetrandi, quæ poſcimus ſupplicum libellorum formulas nomine ſuo notari conſuluit.

27 Ceterum illa pollicitatio ampliſſima, & ad corda deiecta ſuſcitanda validiſſima eſt, quam per Marcum Euangeliſtam expoſuit: poſtquàm enim ſic præfatus fuit: Habete fidem Dei: Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat: fiet ei. Poſt hanc inquam præfationem adiecit: Propterea dico vobis, omnia quæcunq. orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

Profe-

28 Profecto verba hæc ad animos extimulandos & ſpei robur ipſis quoque fractis cordibus inſerendum tam appoſita ſunt, vt aptiora excogitari non poſſint: ille quippe dicendi modus: Propterea dico vobis, quaſi quoddam fideliſſimi Ieſu Chriſti chyrographum eſt; quo ſe debilibus, etiam hominibus veluti obligauit: hanc præſertim ijs verbis ab eis conditionem requirens, vt non iuxta propriam fragilitatem, ſed vt Deo dignum eſt, bene de bonitate illius opinentur; & credant, ipſum velle largiri, quæ poſtulant, quod quàm ſit rationi conſonum, ſic euincimus.

29 Nullus in orbe toto princeps mediocriter liberalis, aut pius eſt, qui die natalis ſui, vel alio feſtiuo tempore, polliceatur ſe quibuſcumque petentibus argenteum nummum donaturum modo fidenter poſcant, exiſtimantes eum velle ſtare promiſsis; qui non præſtet, quod promittit: nec in hoc genere à quoquam prudenter dubitari poteſt, vel ſi politice res agatur, tametſi princeps ille aliquod argenti detrimentum ſit paſſurus.

30 Si ergo ſummus ille rerum Princeps, qui iacturam diuitiarum ſuarum facere nequit, immo (humanum dicimus) quo plura donat, eo locupletior eſt, pollicetur ſe poſtulata, quę ſolo nutu prę ſtare poteſt largiturum: quis adeo mentis impos erit, qui firmiſsime non ſperet, ac poſtulet? immo, qui quod poſtulat, non prorſus obtineat?

Iam

31 Iam igitur, ſi Deus natura ſua ad benefaciendum propenſiſſimus eſt, quod prima ratione conſtitit, & ſponte ſua filium ſuum vnigenitũ, vt ego impetrem bona, quæ poſco, morti acerbiſſimæ tradidit, quod ſecunda ratione patuit: ac deniq. filius ipſe Deus, ac Redemptor noſter, ad largienda, quæ poſtulo, ampliſſima, & ſe digniſsima pollicitatione ſeipſum aſtrinxit: oportet ſanè: aut me à Chriſtiana diſciplina, quin, & à rectæ rationis vſura longiſsime abeſſe; aut æternæ ſalutis quæ poſco bona conſtantiſsime ſperare.

32 Ex tot ergo, ac tantis ſpei noſtræ firmamentis fratres noſtri per quotidianos, & multiplices huius virtutis actus, fœliciter agere, ac nouis progreſſibus inualeſcere curent.

De Charitate. *Cap. IV.*

1 CHaritas filiorum Dei nota, quæ Hieruſalem à Babylone diſcernit, eſt virtus, qua voluntas hæret Deo, propter ipſius bonitatem.

2 Eſt virtutum omnium princeps, ac Domina, quæ à Theologis forma virtutũ appellatur; quod virtutes ceteræ, ipſæ quoq. Theologicæ, de quibus egimus, rude quiddam, & informe ſint: niſi pulcherrima diuinæ Charitatis forma decorentur.

3 Cum enim, hæc excellentiſsima virtus, ſit vera Dei amicitia, neceſſe eſt quicquid eo non pertingit, deforme quiddam eſſe: vt pote, cui deſit purus ille cordis affectus, qui non ſua, ſed quæ Dei

gulis maiore merito augeat, ſed vberiore voluptate perfundat: Exploratum eſt quippe, amoris actus delectabiliores eſſe, ac eo ipſo, faciliores, ac diuturniores: expeditius enim, ac diutius vel ipſo naturæ ductu inſiſtimus ijs, vnde voluptatem haurimus.

14 Cum ergo, ex tot capitibus excellentior ſit illa Charitatis via, quam laudat Apoſtolus: pro captu ſuo, fratres noſtri virtutis huius officia conentur explere, & initio curſus eniti, vt erga Clementiſsimum Deum bene afficiantur; & ex affectu, quicquid cogitandum, loquendum, agendum occurrit, exequantur.

15 Recte quippe hoc primum animo concipere debent, (quæ eſt concors vniuerſorum Philoſophorum, Theologorumq. doctrina) quod vltimo loco ſucceſſurum eſt: Finis enim, quòd ad actus ſpectat humanos, eſt agendi principium.

16 Summum igitur bonum, quò tendunt, & cuius gratia, diſciplinam clauſtri ſuſcipiunt, animo primum inſculpant, eòq. ſuos conatus omnes, ſine defectione, colliment: id enim ab eis repoſcimus quod in iuſtificationis actu ab vniuerſis peccatoribus Deus exquirit, ſcilicet vt amor præcurrat ipſum contritionis actum, quo conuertuntur, vt finis amoris, in quem tendunt, ſit vitæ ſalutaris initium.

17 Vt autem bonum illud immenſum, quod totius amoris origo eſt, diligere incipiant, rationes opportunas penſitare debebunt, quas ne aliorum

capi-

capitum ordinem inuertamus, in tertiam capitis huius partē reijciemus; nam per rationes eaſdē, ſi quæ dæmonis tentamenta, vel appetitus ſenſitiui luctæ, vel mundi blandimenta obſtent, ſtrenuè ſe gerere diſcent. Nunc ergo aliquot Charitatis actuum exempla producimus.

EXEMPLVM.

1 CHaritas binos generat actus, alios amoris erga Deum, alios verò erga proximum. Erga Deum actus erunt huiuſmodi.

Dulciſsime Deus oro te, vt cordis mei principatum geras.

Amātiſſime Dñe, ſacrifico tibi præcordia mea.

Optatiſsimum bonum meum, abſit, vt aliquid amem, præter te.

Suauiſſime Deus animæ meæ, te ſolum quæro patrimonium meum.

Amabiliſsime auctor vitæ meæ: ſacrifico tibi viſcera mea.

Specioſiſsime ſupra omnem mundi pulchritudinem, vre me incendio decoris tui.

Sereniſsime Princeps cordis mei, trahe me poſt te.

Nolo Rex forma præſtantiſsime aliam hereditatem, niſi te.

Diſcedant à me ſplendor illuſtriſsime animæ meæ affectus omnes peregrini, vt totis viſceribus requiram te.

Viue Potentiſsime Imperator cordis mei; & dominare, ſicut decet te.

cor bene afficiendum opportunæ, vt ſaxa quoq. mouere poſſent: at noſtras, inter omnes, potentiſſimas ſubdemus.

19 Prima. Deus, tametſi nec Incarnationem, Paſsionem, ac mortem vnigeniti filij ſui, nec ſacramentorum remedia, nec Beatiſsimæ Virginis, ac ſanctorum patrocinia hominibus prouidiſſet, ſua tantum bonitate, ac naturali ad benefaciendum propenſione ſpectatus, miſericordiſſimus eſt, nec bonitatem, ac miſericordiam ſuam operibus alijs æque ſublimiter, ac parcendo manifeſtare poteſt: ſupremus quippe bonitatis, ac miſericordiæ gradus eſt, ijs benefacere, à quibus irrogatur iniuria: Cum ergo propter ſempiternum, hoc eſt, ad manifeſtandam bonitatem ſuam omnia operatus ſit Deus, & nihil ad eum finē diuinæ gloriæ, ac manifeſtationis æque conferat, ac hominibus, præſertim grauiſsimis peccatoribus, miſereri: certo ſperari poterit præſtiturum eſſe petentibus veniam, daturum gratiam, & gloriam.

20 Augetur vis rationis vehementer. Propenſior eſt Deus ad benefaciendum, quàm ignis ad comburendum: ſi ergo ignis quoties nihil contrarium obſtat, materiam quamuis appoſitam exurit: Deus quoque, quoties nihil obſtiterit, miſerebitur: at nihil obſtat, quoties homo ſerio vult, vt Deus illius miſereatur, & gratiam quoque largiatur: Sperari ergo poterit, peccatoribus etiam ſceleſtiſſi-

ſtiſſimis; ſi ſerio velint, eum errata condonaturum.

21 Sed adhuc accommodatius vim rationis pōderemus. Nemo vnquam ab initio mundi, tam perdite fuit deditus vino, vel intemperantiæ, qui æque illa voluptate delectaretur, ac oblectatur Deus miſerendo: Si ergo ebrius vel intemperans non ſolum voluptates ſuas libenter captat, ſed rapide ad illas fertur: Deus quoq. ſine vllo tantæ Maieſtatis dedecore, immo ſumma cum dignitate, ad captandam illam ſuam miſerendi voluptatem feſtinus accurret. Certè rem probauit euentus: propterea quippe miſit eloquium ſuum, hoc eſt, filium ſuum terræ: quia celeriter miſerendo delectatur: erat autem ad rem, filius eius, quia velociter currit ſermo eius.

22 Iam igitur, ſi Deus cum miſeretur, rem efficit ſibi honorificam, id eſt, ad ſuæ gloriæ famam conducentem naturæ, ac palato proprio conſentaneam, propterea delectabilem; addamus etiam, vtilem: lucratur enim tot famulos, quot hominibus miſeretur: quis adeo ſit rudis, vel inſanus, qui ſpem inconcuſſam non alte concipiat, & de munificentiſsimo Dominō, quicquid ſerio poſtulauerit, ſibi promittat?

23 Secunda ratio. Clementiſſimus Deus ab æterno (vbi nullus eum deprecari potuit, cum mundum minimè creaſſet) ſua bonitate propenſus

penſus prævidens Adæ lapſum, Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrum incarnari decreuit, & vbi venit plenitudo temporis, ille ex Beatiſſima Virgine incarnatus, & natus, per annos 33. incommoda multa paſſus, demum toto ſanguine profuſo, meam à Patre ſalutem emit, & pacto pretio ſemetipſum totum ita pro me vno Patri obtulit, ac ſi de nullo alio redimendo cogitaſſet, quod eſt idem, ac ſi diceremus; Ita pro me Chriſtum totius ſanguinis pretium obtuliſſe, vt non minus pro me totus ille ſanguis fuſus fuerit, quàm ſi pro alio nullo illum Chriſtus effudiſſet: nec magis à me vel vna eius ſanguinis gutta diuertatur, quàm ſi præter me, nemo redimendus fuiſſet: quod ſenſiſſe videtur Apoſtolus, vbi ait: Viuo in fide filij Dei; qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me: aliquid enim peculiarius ſenſit, quàm vbi dixit; Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.

24 Statuamus ergo (ad vim rationis expendendam) propoſito, totius ſanguinis, laborum, ac mortis pretio, Ieſum Chriſtum pro me vno, Patrem interpellare, nec ab eo, per ſudorem horti ſanguineum, aliorum hominum remedium, ſed ſolam ſalutem meam, cum clamore valido, & lachrymis depoſcere, tantundem eſt enim: nec interpellatio pro alijs, negotij mei expeditioni quicquam ademit.

25 Quis ergo ſit tam delirus, qui dum hæc meditatur,

tatur, non fortiſsime ſi iacet, reſurgat, & corde medio ſpem quandam inuictiſſimam condat? Profecto ratio hæc non modo ægris ſalutem, ſed mortuis quoque vitam reſtituere poteſt: & obſtinati cordis argumentum eſt, efficacitate tanta non vrgeri.

26 Tertia ratio. Præter excellentiſſimam Dei charitatem, quam nobis exhibuit in Chriſto, qui ſpei noſtræ fundamentum eſt: ipſemet Chriſtus multa dixit ad ſpem noſtram excitandam opportuniſſima, quale illud: Petite, & accipietis quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur, quod eſt grande promiſſum. Sed illud eſt maximum: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Certè quaſi auctor impetrandi, quæ poſcimus ſupplicum libellorum formulas nomine ſuo notari conſuluit.

27 Ceterum illa pollicitatio ampliſſima, & ad corda deiecta ſuſcitanda validiſſima eſt, quam per Marcum Euangeliſtam expoſuit: poſtquàm enim ſic præfatus fuit: Habete fidem Dei: Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat: fiet ei. Poſt hanc inquam præfationem adiecit: Propterea dico vobis, omnia quæcunq. orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

Profe-

28 Profectò verba hæc ad animos extimulandos & ſpei robur ipſis quoque fractis cordibus inſerendum tam appoſita ſunt, vt aptiora excogitari non poſſint: ille quippe dicendi modus: Propterea dico vobis, quaſi quoddam fideliſſimi Ieſu Chriſti chyrographum eſt; quo ſe debilibus, etiam hominibus veluti obligauit: hanc præſertim ijs verbis ab eis conditionem requirens, vt non iuxta propriam fragilitatem, ſed vt Deo dignum eſt, bene de bonitate illius opinentur; & credant, ipſum velle largiri, quæ poſtulant, quod quàm ſit rationi conſonum, ſic euincimus.

29 Nullus in orbe toto princeps mediocriter liberalis, aut pius eſt, qui die natalis ſui, vel alio feſtiuo tempore, polliceatur ſe quibuſcumque petentibus argenteum nummum donaturum modo fidenter poſcant, exiſtimantes eum velle ſtare promiſsis; qui non præſtet, quod promittit: nec in hoc genere à quoquam prudenter dubitari poteſt, vel ſi politice res agatur, tametſi princeps ille aliquod argenti detrimentum ſit paſſurus.

30 Si ergo ſummus ille rerum Princeps, qui iacturam diuitiarum ſuarum facere nequit, immo (humanum dicimus) quo plura donat, eo locupletior eſt, pollicetur ſe poſtulata, quę ſolo nutu pręſtare poteſt largiturum: quis adeo mentis impos erit, qui firmiſsime non ſperet, ac poſtulet? immo, qui quod poſtulat, non prorſus obtineat?

Iam

31 Iam igitur, ſi Deus natura ſua ad benefaciendum propenſiſſimus eſt, quod prima ratione conſtitit, & ſponte ſua filium ſuum vnigenitũ, vt ego impetrem bona, quæ poſco, morti acerbiſſimæ tradidit, quod ſecunda ratione patuit: ac deniq. filius ipſe Deus, ac Redemptor noſter, ad largienda, quæ poſtulo, ampliſſima, & ſe dignißima pollicitatione ſeipſum aſtrinxit: oportet ſanè: aut me à Chriſtiana diſciplina, quin, & à rectæ rationis vſura longißime abeſſe; aut æternæ ſalutis quæ poſco bona conſtantißime ſperare.

32 Ex tot ergo, ac tantis ſpei noſtræ firmamentis fratres noſtri per quotidianos, & multiplices huius virtutis actus, fœliciter agere, ac nouis progreſſibus inualeſcere curent.

De Charitate. Cap. IV.

1 CHaritas filiorum Dei nota, quæ Hieruſalem à Babylone diſcernit, eſt virtus, qua voluntas hæret Deo, propter ipſius bonitatem.

2 Eſt virtutum omnium princeps, ac Domina, quæ à Theologis forma virtutũ appellatur; quod virtutes ceteræ, ipſæ quoq. Theologicæ, de quibus egimus, rude quiddam, & informe ſint: niſi pulcherrima diuinæ Charitatis forma decorentur.

3 Cum enim, hæc excellentißima virtus, ſit vera Dei amicitia; neceſſe eſt quicquid eo non pertingit, deforme quiddam eſſe: vt pote, cui deſit purus ille cordis affectus, qui non ſua, ſed quæ Dei

ſunt,ſine vllius proprij boni reſpectu perquirit.

4 Ex quo fit,vt Charitas ipſa,more Aquilæ pullos ſuſpendentis elata,ceterarum virtutũ actus, ad veri Solis aſpectum extollat; vt quò per ſe perferri nequirent, nobiliſsima virtutis huius directione pertingant.

5 Quamobrem merito Apoſtolus eam,quaſi virtutum, animæq. ipſius vitam miris laudibus effert,nec Angelorum linguas, nec prophetiam, nec virtutem miraculorum, nec eleemoſynarum largitionem,nec ipſius etiam mortis tolerantiam, abſente Charitate vllius pretij, vel meriti, quod ad æternitatem ſpectat, eſſe profitetur.

6 Charitas ergo, cum vita ſit,iijs virtutibus,quę ipſam comitantur, quaſi tactu ſuo vitam impertiatur,eo certe affectu coli debet, quo ab hominibus vita ſolet exquiri.

7 Quod & ipſe Ieſus Chriſtus Dominus noſter qui eò ſe veniſſe fatetur,vt vitã homines abundãtius habeant, non obſcure demonſtrat,cum reliquarum virtutum veluti oblitus; Hoc inquit, eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos: quaſi diceret: Hoc vnum Charitatis, qua viuitur bonum exquirite, & ego me adeptum fuiſſe arbitrabor, quod præſtiturus è cælo deſcendi.

8 Hæc ipſius Ieſu Chriſti præceptio mira, vniuerſorum, & Apoſtolorum, & reliquorum Eccleſiæ Patrum cordibus adeo impreſſa fuit, vt

Cha-

Charitatis encomia prope modum infinita protulerunt.

9 Cæterum licet auctoritas Patrum nulla ſuppeteret: ipſa ſe Charitas incredibili decore, ac honeſtate præſtat amabilem: vt ferreum oporteat eſſe hominem, qui pulchritudine tantá minimè capitur.

10 Candor enim formoſiſſimus eſt, à diuina luce, virgineo quodam partu in cor hominis illapſus: cuius decor tam eximius eſt, vt ſponſi thalamo cenſeatur idoneus.

11 Nihil enim creatum affectat: nullam porrò laboris mercedem requirit: nullum malū niſi culpam timet, ac denique tam elegans forma eſt, vt quamuis fides, & ſpes deficiant, nunquam excidat; quod nulla inſit imperfectio, quæ ſtatum cæleſtis Patriæ dedeceat.

12 Nobiliſſimo certè pollet ingenio: ſed, quamuis honeſti laus minor eſſet; ipſa profectò boni vtilitas animos efficaciter inuitaret. Cum enim omnino legi Dei parendum, aut intereundum ſit; quanto ſit prudentius, dilectionem impenſius colere, quæ cuſtodia legum, & plenitudo legis eſt: & actus qui minore lucro aliàs exercendi ſunt, auctiore lucro Charitatis obire? Verum eſt quippe, cumulatius meritum pro menſura Charitatis ſingulis actibus accreſcere.

13 Iam verò virtus hæc cæleſtis, apposite ad mores hominum, illud etiam bonum inſigniter præſtat, vt ipſi deditos, non modo in actibus ſin-

gulis maiore merito augeat, ſed vberiore voluptate perfundat: Exploratum eſt quippe, amoris actus delectabiliores eſſe, ac eo ipſo, faciliores, ac diuturniores: expeditius enim, ac diutius vel ipſo naturæ ductu inſiſtimus ijs, vnde voluptatem haurimus.

14 Cum ergo, ex tot capitibus excellentior ſit illa Charitatis via, quam laudat Apoſtolus: pro captu ſuo, fratres noſtri virtutis huius officia conentur explere, & initio curſus eniti, vt erga Clementiſsimum Deum bene afficiantur; & ex affectu, quicquid cogitandum, loquendum, agendum occurrit, exequantur.

15 Recte quippe hoc primum animo concipere debent, (quæ eſt concors vniuerſorum Philoſophorum, Theologorumq. doctrina) quod vltimo loco ſucceſſurum eſt: Finis enim, quòd ad actus ſpectat humanos, eſt agendi principium.

16 Summum igitur bonum, quò tendunt, & cuius gratia, diſciplinam clauſtri ſuſcipiunt, animo primum inſculpant, eòq. ſuos conatus omnes, ſine defectione, colliment: id enim ab eis repoſcimus quod in iuſtificationis actu ab vniuerſis peccatoribus Deus exquirit, ſcilicet vt amor præcurrat ipſum contritionis actum, quo conuertuntur, vt finis amoris, in quem tendunt, ſit vitæ ſalutaris initium.

17 Vt autem bonum illud immenſum, quod totius amoris origo eſt, diligere incipiant, rationes opportunas penſitare debebunt, quas ne aliorum capi-

capitum ordinem inuertamus,in tertiam capitis huius partẽ reijciemus; nam per rationes eaſdẽ, ſi quæ dæmonis tentamenta, vel appetitus ſenſitiui luctæ, vel mundi blandimenta obſtent, ſtrenuè ſe gerere diſcent. Nunc ergo aliquot Charitatis actuum exempla producimus.

EXEMPLVM.

1 CHaritas binos generat actus,alios amoris erga Deum,alios verò erga proximum.

Erga Deum actus erunt huiuſmodi.

Dulciſsime Deus oro te, vt cordis mei principatum geras.

Amãtiſſime Dñe,ſacrifico tibi præcordia mea.

Optatiſsimum bonum meum,abſit, vt aliquid amem, præter te.

Suauiſſime Deus animæ meæ, te ſolum quæro patrimonium meum.

Amabiliſsime auctor vitæ meæ: ſacrifico tibi viſcera mea.

Specioſiſsime ſupra omnem mundi pulchritudinem, vre me incendio decoris tui.

Sereniſsime Princeps cordis mei, trahe me poſt te.

Nolo Rex forma præſtantiſsime aliam hereditatem, niſi te.

Diſcedant à me ſplendor illuſtriſsime animæ meæ affectus omnes peregrini,vt totis viſceribus requiram te.

Viue Potentiſsime Imperator cordis mei; & dominare, ſicut decet te.

Sede, excelſiſſime Domine, in æterna ſede Maieſtatis tuæ.

Bene eſt, opulentiſſime Deus, viſcerum meorum, vt ſis fœliciſſimus intra te.

Placet mihi certe, ſempiterne Rex, vt regnes in æternum,& vltra.

Vtinam, puriſſime ſplendor cordis mei, poſſem ſubdere tibi omnia colla filiorum Adæ,vt requirerent ſolam pulchritudinem tuam.

Vtinam, innumera millia cordium, quotquot tibi placuere, vel placere poſſunt, ipſe poſſiderem,vt immenſis tui deſiderijs æſtuarem.

Da mihi, Dulciſſime Deus, vt nihil mihi placeat,præter decorem tuum.

19 Actus hi, non ſolum vbi percipitur aliqua delectatio,verum vbi animus areſcit, & videtur ſibi operam perdere, ſunt exercendi, iuxta commune ſanctorum conſilium: pars quippe hominis ſuperior bene afficitur, quoties ſerio Deo placere vult, licet appetitus renitatur: quod de alijs virtutum actibus pariter aſſerimus.

20 At erga proximos,quos diligere nihil eſt aliud, quàm eis beatitudinem,& quę ad illam ſpectant, ſerio velle,ſic charitatis actus exercendi ſunt.

Vtinam,Clementiſſime Deus,peccatores reſipiſcant,& requirant te.

Fac, Domine benigniſſime,vt qui Eccleſiam oppugnant,ſe dedant Vicario tuo.

Per viſcera miſericordię tuę obſecro te, vt qui terrenas dignitates ambiūt, potius aſpirēt ad te.

Con-

Conuertantur precor te,mitiſſime Deus,quos voluptas carnis illexit.

Fac amantiſsime Dñe, vt auari omnes,affectũ diuitiarum traducant ad lucra dilectionis tuæ.

Et in hunc modum, per innumeras formas poſſunt actus excurrere: ſolent autem hi actus feruentius produci, cum peculiare quippiam erga priuatas perſonas, vt lapſus in peccatum, morbus,infamia,perſecutio,aut quid ſimile contingit.

21 Sed erga proximum qui obſequijs noſtris egere poteſt, externi quoq. Charitatis actus obeundi, non ſanè abſq. diſcrimine; nam intra clauſtrum ipſa Charitatis officia ad obedientiæ lineam exigenda ſunt: at vbi, per Superiorem licet, ſiue iniuncta, ſiue poſcentibus conceſſa debent alacriter præſtari.

Huc ſpectant ægrotantium obſequia, laſſorum famulatus, mœſtorum conſolatio, & eius generis alia, quæ vulgatiſſima ſunt.

22 Verum quod ad actus ſpirituales Charitatis pertinet, gaudere aliorum bonis, mœrere malis,& pro eis precari fratres noſtri debebunt; at erga cæterorum correptionem, eruditionem, alioſq. ſimiles actus, non eſt Iuniorum fratrum quicquam attentare; ſed ſi quid non rectum apparet,exiſtimare,ſe decipi: aut ſi tentationem pellere nequeant, Superiorem conuenire.

Potiſſimum verò illorum ad proximi Charitatem ſtudium eſſe debet, vt ſe aliorum moribus

accommodent, quantū ſine virtutis damno fieri valet, ac in ſemetipſis corrigant quidquid ob deformitatē alijs diſplicere poteſt: deinde, vt aliorum errata vel deformia patienter ferant, nec ſibi moleſta eſſe ſignificent: ex his enim partibus notatu dignißimis verus amor proximi componitur. Sed ad tertiam capitis partem veniamus.

23 Non amor proximi tantum; ſed totius œconomiæ cordis humani ratio ex bono erga Deum pendet affectu: quo, quæ in proximis amara ſunt, condita dulceſcunt, & aduerſa tentamenta valide repelluntur: quapropter ſubiectis rationibus amorem Dei, primogenitum ſcilicet Charitatis partum fratres ediſcant.

24 Nihil excogitari poteſt, quod ad amorem excitandum conferat: quod in Clementiſſimo Deo, cumulatius, quàm dici poſsit, non exiſtat. Sed vt è materia dicendi tàm vbere, quid appoſitum ſeligamus; ad duo capita poteſt amor totus referri: ad perſonam ſcilicet, & ad actus. poteſt quippe quis amari ex eo, quod ipſe eſt, aut ex eo, quod efficit.

25 Euenire videlicet nonnunquàm ſolet, vt principem aliquem quòd nobilitate, quòd pulchritudine, quòd ſapientia præſtet, quis ſtatim ac videt, amare incipiat, cum tamen ab eo nihil propriæ vtilitatis expectet: è contrario verò: plebeium hominem deformem, ac ſtultum, quòd ab eo commodum ſperet, conſultò amet, ſi verò in vnum illum principem commodi expectationem refe-

referamus : omnem amoris vim complexi videbimur.

26 Cum ergo ſummus ille mundi princeps, ſit ipſa nobilitas, ipſa ſapientia, ipſa pulchritudo: qua mente, quis, ex ijs præſertim, qui ad æternitatem aſpirant, in amorem boni tam immenſi non incumbat? Profectò nobilitas ſola magnam orbis terrarum partem quaſi dementat: nituntur quippe homines in ſe neſcio quid diuinum exprimere, quod ſe nobilitate adepturos exiſtimant; quæ certè ratio ſcriptorum antiquorum mendacijs aſſeritur: illi enim ut homines laudarent, quandam cum ſuis numinibus conſanguinitatem eis affingebant: & (quod paſſim cernimus) in aulis frequentiſsimis quiſque ſtudet principibus nobilitate inſignibus, uelut contactu ingenuitatem contracturus adhærere: quanto ergo cõſultius ſit illud Regij Vatis deſiderium: Adhæſit anima mea poſt te? Inde quippe uera nobilitas, ſeu generis claritas contrahitur, ſicut ſcriptum eſt: Accedite ad eum, & illuminamini, hoc eſt, illuſtramini, vel nobilitamini; & facies ueſtræ non confundentur, id eſt, non erubeſcetis ob ullam ignobilitatis notam, quippe utilitatem expungit antiquiſsima illa nobilitas principij expers, ille candor puriſsimus, illa celſitudo ſublimiſsima, ad cuius aſpectum ſpirituum beatorum uertices, quaſi humillimæ ualles uix apparent.

27 Quid de ſapientia dicemus? modica ſapientiæ

laus

laus homines parria pellit, & per longe diſſita maria, vaſtiſſimaſque ſolitudines abducit, ſic ad vnum Salomonem Oriens totus hiabat: ad Platonem, & Ariſtotelem innumeri viri Clariſſimi confluebant, & ex Eccleſiæ luminibus ipſi Patrũ primores regna multa, eâ de cauſa pererrarunt. Cur ergo infinitæ illi ſapientiæ ſociari homo nō curet, qui aliter ſitim hanc ardentiſſimam explere non valet? Cur non familiaritatem tanti Præceptoris exquirat, qui momento temporis vno ſapientiæ potum infundit? Non inquam ſapientiæ illius, quæ hominem, anxia ſpeculatione debilitat: ſed illius dulciſſimę ſapientiæ, cuius impetus exhilarat Ciuitatem Dei: cuius dulcore nihil in terris poteſt eſſe optabilius.

28 At verò, quid de pulchritudine ſubdemus? Nemo adeo mentis expers eſt, qui formæ vim non ſentiat, & admiretur: habet enim hoc inſigne pulchritudo, vt vel ſolo nomine delectet: eiuſque ſola opinio, nobilitatem ipſam, & ſapientiam, nedum diuitias, aliaque minora bona deſpicere faciat: quod & quotidiana, & nimium crebra experimenta declarant.

29 Habet magnetis vim efficaciſſimam: trahit enim, & voluptate trahit: & ſuauiſſimo quodam imperio cordibus dominatur: & hoc quidem pręſtat ipſa carnis pulchritudo corruptioni obnoxia, & mille deformitatibus admixta.

30 Cur ergo elegantiſſima forma Dei, cuius vel ſolo nomine videntur ſaxa liqueſcere, non capiat

cor

cor eius, qui abdicato decore ſæculi, meliori vacat pulchritudini? Profectò ſolus ille candor, qui è Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri corpore ſplendet, omnem orbis terrarum decorem longiſſime vincit? quid animæ, quid abſolutiſſima illa, & ad eliquanda corda efficaciſſima Diuinitatis pulchritudo?

31 At nos hic exiliter ſcribimus, & rei magnitudinem parcè dicendo contrahimus: ſed fides maiora credit, in quæ Charitas ſublimi volatu ſe proripit.

32 Verum ſi de ſecundo amoris capite, hoc eſt, de ijs, quæ clementiſsimus Deus cuique noſtrû præſtitit, ac præſtaturus eſt, vbi Diuina bonitas plurimum elucet, pro rei dignitate ſcribendum eſſet, oporteret Ieſum Chriſtum ipſum, qui linguas infantium facit diſertas ſcriptoris munus obire.

33 Porrò, vt confertim dicamus: nulla feritas adeo ſæua eſt, quæ beneficijs non miteſcat: nam & Leones, & Vrſos, beneficijs manſueſcere, ac magiſtris blandiri quotidie videmus: quam ergo vim cordi hominis tot, tantaque dulciſsimi Dei beneficia, quæ fides docet, inferre deceat? Num parum eſt, hominem, qui ſempiterno cruciatu inferni torquendus erat, non ſolum è tartaro ipſo eruere, ſed ſuauiſsime quoque eruere, & quaſi Dei intereſſet, illum protegere, ſolari, ad ſtatum ſalutis promouere, ad æternam beatitudinem filiorum iura conferre?

34 Nunquid parum eſt, hominem ſæpe in pecca-

ta re-

ta relapſum, qui diuinæ bonitati proterue obluctatus eſt, cum iam nece ſubitanea, ob ingratitudinem corripiendus erat, ad excelſum Monaſticæ uitæ ſtatum benigniſsime uocare?

35 Num parum eſt Deum hominem fieri, ac immenſis laboribus, & ignominijs, pro ingratiſſimo peccatore mori, & æterno Patri ſatisfacere?

36 Nunquid parum eſt dulciſsimo paſtu corporis, & ſanguinis ſui hominem paulo ante belluarum aſſuetum alere?

37 Quid hic de auxilijs gratis impenſis, de Beatiſsimę Virginis tutela, Angelorum cuſtodia, Sãctorum precibus, de præſeruatione à grauiſſimis caſibus, dicemus?

38 Quid de ſuauiſsimo Dei corde uoluntati hominis expoſito, & niſi homo illi deſit, nunquam homini defuturo, & hæreditatem cæleſtem fideliſsime collaturo?

39 Nemo eſt Chriſtiani nomine dignus, qui per momenta ſingula liberaliſsimo Deo, ex multis beneficijs, non ſe cognoſcit obnoxium, omnia quippe mala, ſeu culpæ, ſeu pœnæ, quæ uitat: omnia bona, quæ cogitat, loquitur, efficit, ipſa quoque naturalis reſpiratio, beneficia Dei ampliſſima ſunt, ex ipſo potiſsimum largitoris corde perpenſa.

40 Si ergo quocunque ſe homo vertat, diuinorum beneficiorum pondere premitur, & natiuum eſt ei benefactorem redamare: quàm ferus erit, qui

poſita

poſitâ huius amoris cura, quaſi Deo nihil deberet, aberrat? Aut quæ mens Religioſi illius erit, qui benefactori tanto gratiam habere, & quàm poſſit, referre, non ſtudioſiſſime curat?

41 Dent igitur operam fratres noſtri diuinæ bonitatis amori; & impenſiſſimo ſtudio ſe totos amantiſſimo Deo deuouêtes, tam labores, quàm ſolatia filiorũ more ſuſcipiant: & quidquid agendum occurrerit, culpam quamuis tenuiſſimam accuratiſsime vitent; nec mercedem aliam, quàm benefactori tanto placere, vllo modo requirant: ſic enim ex concepto Dei calore, omnia quoque charitatis officia proximis exactè præſtabunt.

42 Si enim Dei amor, à quo amor proximi genus ducit, cordi ſemel hæſerit, eſto, proximus ſit deformis, inſolens, iracundus, importunus, rudis, & alijs vitiorum labibus notatus, quæ odium parere ſolent, nunquam Dei amatori ad proximi dilectionem ratio efficaciſsima deerit: Dei quippe bonitas, pulchritudo, mãſuetudo, ſapientia, & virtutes vniuerſæ, quibus proximus fortaſſe caret, luculentiſſimè ſplendent, & propter illas proximus diligendus eſt. Quis enim vnquam amauit, qui ob decorem, quo trahitur, labores, tædia, & iniucunda multa non tulerit?

43 Sed licet proximus non amabilis appetitui modo diſpliceat, rationi placere poteſt: eſt quippe: (præter rationem illam à Dei decore, virtutibuſque petitam) Dei filius, eſt æternæ beatitudinis capax, eſt Ieſu Chriſti ſanguine

redem-

redemptus, eſt mihi ad exercitium, & meritum vtilis, eſt fortaſſe is, à quo ex Dei prædeſtinatione æterna ſalus mea dependeat? Quibus certe rationibus duriora quæque corda ſuccumberent.

44 Vt enim ex vna reliquarum energia ſe prodat, quis adeo ſit inſanus, vt proximum, quem ad regnum ſempiternum prędeſtinatū exiſtimat (quod inter noſtros ex multis capitibus prudenter credet) odiſſe, aut lædere, aut certè non amare poſſit? An corpus illud, quod cælos ſupergreſſurum, & ineffabili pulchritudine, ac luce in æternum, decorandum eſt, mihi hoc ſperanti non placeat? Quomodo non ei arrideo, & ſempiternæ pacis cum rege illo fœdus inire feſtino?

45 At verò quamuis ratio nulla ſubeſſet, auctoritas D. N. Ieſu Chriſti aientis, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, omnipotens eſt; ſicut dilexi vos, inquit, ideſt, Quemadmodum ego Deus ſapiens, magnus, decorus, vos homines, ſtultos, prauos, deformes per dolores, infamiam, & mortem amaui, ſic mutuò, & vos. Hoc eſt, filij Dei teſtamentum, cuius exortes, hæreditatis expertes futuros eſſe, planiſſimum eſt.

De virtutibus moralibus in commune. Cap. V.

1 BIna ſunt virtutes morales, aliæ infuſæ, aliæ acquiſitæ; vtræque verò, iuxta ſuum nomen, ad mores perficiendos attinent.

2 Per-

2 Perficiūt autem hominem, quo ad omnes eius partes: Intellectum quippe prudentia, & agmen virtutum illi cognatarum; voluntatem iuſtitia, cum plurimis alijs virtutibus ei coniunctis; appetitum Concupiſcibilem temperantia cum virtutibus ei connexis, Iraſcibilem fortitudo, cum acie virtutum affinium perficit.

3 Quatuor hæ virtutes principales, ita hominē totum componunt, vt prudentia, quæ eſt recta ratio agibilium cæteris virtutibus apta media præſcribat, per quæ ad fines ſuos recta pertingant: at ipſæ prius hominem bene afficiant erga finem, quo à prudentia diriguntur.

4 At verò inter infuſas, & acquiſitas (licet nominibus eiſdem nuncupentur, & numero pares ſint) eſt inſigne diſcrimen: acquiſitæ quippe ad principia rationis naturalis practica, & ſpeculatiua; infuſæ verò ad virtutes Theologicas, quæ ſunt illarum principia, referuntur.

5 Hinc exiſtit aliud diſcrimen ſcitu digniſſimū, quod ad modum operandi pertinet: modus enim acquiſitarū à ratione naturali; at infuſarum modus à lege diuina, fideque præſcribitur: quod appoſito temperantiæ liquebit exemplo.

6 In cibi, potuſue ſumptione, quæ ad temperantiam acquiſitam ſpectat, ratio præſcribit modū, ne noceat valetudini, vel rationis vſum impediat: at in eadem ſumptione, ſi per actum temperantiæ infuſæ fiat, modus à lege diuina, quam docet fides, imponitur, vt ſcilicet parcitate cibi

corpus

corpus caſtigetur,& in ſeruitutem, vt Apoſtolus aiebat, redigatur.

7 Ex quibus facile perſpiciêt fratres noſtri, quibus à Deo ſint ornati virtutibus:diſcentq. ſimul, ſublimiore quodam modo quàm natura requirat,virtutibus ipſis naturalibus vti.

8 Ipſos enim virtutum acquiſitarum actus non ob id tantum, quòd rationali naturæ conſentanei ſint,exercere debebunt: ſed præſertim, quòd fidei congruant, & ad Theologicarum virtutum finem conducant.

9 Hoc autem ſolerter animaduertant, ad iudicium de ſua progreſsione ferendum; virtutes acquiſitas, licet infuſæ nobiliores ſint,hanc vim efficaciorem habere, quòd vitia contraria illis conatibus, quibus parantur, extrudant, & ſingularem cordi tranquillitatem concilient.

10 Infuſæ verò contrarios,& vetuſtos vitiorum habitus non expellunt: ſed ad creberrimos congreſſus vires præſtant,vt pax bello comparetur.

11 Verum eſt (at mirum videtur) fratrem aliquem,è grauiſsimis ſæculi peccatis ad clauſtrum repentina conuerſione traductum, ipſo iuſtificationis momento, virtutes omnes morales infuſas prudentiam,iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem, ac earum prolem numeroſam accepiſſe: & tamen, eoſdem vitiorum, quæ in ſæculo contraxit, habitus, & paſsiones indomitas habere.

12 Ex hoc efficitur,vt ipſe rerum internarum adhuc

huc ignarus miretur,dum eaſdem in ſe, quas in ſęculo patiebatur procliuitates, & effrenes motus perſentit: quin etiam cum melior ſit, peior ſibi in clauſtro,quàm in ſęculo videtur; cū motus rationi diſſentaneos, quos antea minimè curabat, ex deſiderio profectus, & lucta deprehēdat.

13 Hæc ergo eò conferent,vt fratres verum à falſo dignoſcant, & habitibus infuſis virtutum vtentes,in virtutes, quæ acquiſitæ dicuntur, acquirendas incumbant.

14 Hic labor iuſtorum eſt, qui virtutum infuſarum armatura, & cæleſtibus auxilijs roborati à ſpiritu aguntur in deſertum:vt multiplices coronas pariant,vel de puritate candidas, vel de paſſione purpureas.

15 Hoc opus fortium militum eſt, quorum agonibus inſtituta Monaſtica decorātur:qui laboribus,& ſudoribus multis cæli gaudia comparare nituntur.

16 Opus hoc verum Monachū à ſimulato diſcernit:vterq; enim decreto tempore cōmunes actus exercet,& ſolemnia quoque vota edit: at vota ſunt, non virtutes,quod certe timendum eſt.

17 Vota quippe,quæ Deo nuncupantur ſunt promiſſa quędam ſacra colendi virtutes,quæ (vt Philoſophice dicamus) ſunt votorum obiecta: ſed euenire poteſt (quod præcauere cupimus) fratrem aliquem ignauum obedientiæ voto totos viginti annos obligatum permanere; & obedientiæ virtutem minimè comparare.

18 Enitantur ergo fratres noſtri, ſic ſe curſus initio gerere, vt antequam vota emittant, virtutes acquirant; vt cœptum iter fœlicius, Deo fauente conficiant.

19 Sed cum virtutes morales plurimæ ſint, è quatuor illis Cardinalibus accommodè ad inſtitutum noſtrum has tantum ſelegimus.

E Prudentia	*E Iuſtitia*	*E Temperantia*	*E Fortitudine.*
Diligentiam, ſiue Sollicitudinem.	Pœnitentiam	Humilitatem	Patientiam
	Religionem	Caſtitatem	Magnanimitatem
	Orationem	Manſuetudinem	Perſeuerantiam.
	Deuotionem	Abſtinentiam	
	Obedientiam	Modeſtiam, vbi de ſilentio, verecundia, honeſtate.	
	Gratitudinem.		

quibus totam Clauſtri diſciplinam complectemur.

20 Quidquid enim ad virtutes alias neceſſarias attinet, quarum actus frequentiores, quàm nomina ſunt, ad prædictas virtutes reducemus.

De paupertate verò, quæ ad Beatitudines ſpectat, accuratè agendum eſt.

21 Vitia quoque contraria, & paſſiones, eiſdem ferè rationibus, quibus virtutes aſtruimus, conuellemus: at eum ordinem virtutum obſeruabimus, quem vocationis, & renunciationis ordini, & diſciplinæ Monaſticæ opportuniorem arbitramur. tametſi virtutum origo, & connexio, quam Theologi variè conſiderant, aliud expoſcere fortaſſe videatur: ordo quippe debet vtilitati ſeruire.

De

De Obedientia. *Cap. VI.*

1 POſtquam de Theologicis virtutibus egimus, quibus animus hæret Deo, & quæ cũ uniuerſis Chriſtianis communes ſint, à mundi contemptoribus debent religioſius coli: vocationi conſonum erit, de illis uirtutibus agere, quæ Monachum à ceteris Chriſtianis ratione ſtatus excipiunt: ut iuxta rerum ordinem, quemadmodum, ad uirtutes Theologicas, præcipueq; charitatem perficiendam, in obedientiæ ſtatum fratres aſſurgunt: ſic illarum uirtutum doctrinæ, Obedientiæ ſcriptio ſuccedat.

2 Eſt autem obedientia (quod ad rem noſtram ſpectat) uirtus, qua ſuperiorum Dei perſonam gerentium iuſſis obtemperamus; nimirum iuſtitiæ rationem habet, quæ ijs, qui præſunt, reddit quod ſuum eſt.

3 Habet preclariſsima uirtus hæc ſublimitatem quaſi Theologicam: etſi enim cum Deo proximè non agat: ſic tamen agit cum ijs, qui pro Deo præſident, ac ſi cum Deo ipſo uerſaretur.

4 Ex quo ſanè incipit eluceſcere cæleſtis ille obedientię ſplendor, qui cultores ſuos mirificè illuſtrat, & rebus humanis efficit altiores. licet enim inter homines agant, modus tamen diuinus, & cæleſtis intuitus eſt.

5 Quid enim ſublimius mente concipi queat, quàm ſynceriſsimus ille intuitus uiri obedien-

tis, qui nihil ratione humana metitur, quòd nimium breuis menſura ſit, ſed ad perſpicacius cernendum à fide Theologica lumen mutuatur?

6 Quid honeſtius, quàm ſemper cum Deo verſari, verba facere, animi ſenſa conferre? quamdiu enim fidei oculus ille erga ſuperiorem viget, tam diu cum Deo fideliſſimè agit? non enim magis hominis illius, qui fortaſſe præſidet, priuatam perſonam intuetur, quàm ſi Maieſtas ipſa diuina eſſet.

7 Quid pretioſius ea virtute, quæ vna cum ſit, ceteras omnes indiuiduè ſociatas in animum inducit, & perpetuo fœdere ſeruat? nam præterquam quòd quidquid præſtatur, cuiuſcumque virtutis opus ſit, cum ad obtemperandum Deo ſuſcipitur, obedientiæ actus eſt, proprios etiam vniuerſarum virtutum actus à ſuperiore impoſitos obit.

8 Quid verò iucundius, quàm inter medios maris huius fluctus ita regi, vt ea ſit norma obedientis, qua Deus actus ſuos dirigit, dum facit omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ?

9 Quæ conſcientiæ ſecuritas maior, quàm in ſalutis grauiſſima cauſa ſeduci non poſſe? nequit enim vlla impoſtura ſubeſſe, quamdiu quis obedientiæ conſilio paret.

10 Non moritur certè, neque lęditur vir obediẽs, quemadmodum Acatius ille obedientiæ deditiſſimus è ſepulchro, in quo, non animus, ſed corpus conditũ erat, non ſine Patrum ſtupore, reſpondit.

11 Tan-

11 Tanta profectò eſt bonorum vbertas, quam virtus hæc fœcundiſsima parit, vt Patres, qui Monaſticum inſtitutum condiderunt, in hoc genere, nunquam finem dicendi faciant.

12 Etſi enim viri obedientes, quos hac ætate noſtra quoque conſpicimus, nō loquerentur victorias, & ad Chriſtianæ perfectionis faſtigium celerius hac via, quàm alijs properarent: ipſa certè ratio peruinceret, virtutem hanc ſummo ſtudio colendam.

14 Clementiſſimus quippe Deus hoc cum uiris obedientibus paciſci videtur, quod in originalis iuſtitiæ ſtatu cum Protoparente pepigerat: vt ſcilicet tamdiu ei pars inferior ſubeſſet, quamdiu pars ſuperior ipſi Deo paruiſſet: obtemperant quippe ſenſus obedientis menti Deo perſeuerãter adhærenti, & cæli pacem delibanti.

15 At licet multa obedientiæ præconia congeramus, nihil propemodum honeſtate tanta dignum agemus: illud uerò pro multis præconijs depromere poſſumus, quod à Ieſu Chriſti D. N. auctoritate deſcendit.

16 Cum enim eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.

17 Qui ergo ſalutem æternam exoptant, virtutis huius appoſitis actibus acquirendę rationem inire conentur, quam ſubiecto cernent exemplo.

EXEMPLVM.

18 MVltifariam Patres de obedientiæ actibus egerunt: at vt methodice procedamus, ad capita duo, Intellectum, videlicet, ac voluntatem mentem intendere opus eſt. Conſtat quippe in his duobus cardinibus omne obedientiæ opus verti, vt quis ſubdat voluntatem, quod minus perfectorum, vt ſubdat quoque intellectum, quod perfectiorum eſt.

19 Plures enim vel appetitu reluctante, vel etiam ſine appetitus lucta, obedire didicerunt; at proprij iudicij cenſuram reſeruant, qua, quod voluntate tandem amplectuntur, intellectu non probant: quorum virtus imperfecta eſt: quamuis enim iudicent eum, qui præcipit, eſſe ſuperiorem, cui omnino parendum ſit; ſe tamen iudicant prudentiores.

20 Perfecti autem obedientis eſt, ita parere, vt iudicet, quod præcipitur eſſe opportuniſſimum: non modo, cum rei congruitas apparet, ſed cum nihil rationi conſentaneum repræſentatur, quod non ægre fratres noſtri præſtabunt, ſi attente cōſiderent, multa ſuperioribus patere, quæ ſubditos latent; & inſignis temeritatis eſſe, ſine perſpectis rei circumſtantijs latentibus, rem, quæ ex illis honeſta eſſe poteſt, improbare: præterquam quod exploratum eſt ſuperiores à Deo vberius, illuſtrari, & ſecretis modis ad ſubditorum examen,

men, profectumque mouеri: quale igitur inſipientiæ genus erit, ſubditum eo lumine deſtitutum de ijs, quæ ignorat, velle ferre iudicium?

21. Sed quod ad obediendi genera ſpectat, vulgatam illam diſtinctionē præ oculis habeant; aliud ſcilicet eſſe, quidquam cum obedientia, aliud, ex obedientia præſtare; illud enim accidit, cum ſubditus primum aliquid poſtulat, hoc verò, cum motu primo, & proprio ſuperior ei quippiam iniungit,

22. Sed illud non eximit ſubditum à culpa: hoc verò, niſi corrumpatur omni culpa vacat, quod ſic patet: Petit quis librum, veſtem, lucernam, vel ſimile quippiam: ſuperior annuit, ac proinde actus cum obedientia efficitur: ſed obedientia hæc actum minimè honeſtat, ſi honeſtate careбat: verùm in proprio genere relinquit: poteſt quippè actus ille petendi bonus eſſe, ſi neceſſitas ſubſit, malus, ſi ſecus.

Quod verò actus ille non decoretur ſuperioris conniuentia, inde liquet, quod plerumque ſuperior ſubditi poſtulantis imperfectionem dignoſcens, peiora vitans, rem indulget: vbi ſuperior prudenter, ſubditus imprudenter agit.

23 Ceterùm, cùm res ex obedientia præſtatur, ex ipſa illius actus natura, malum obrepere nequit: ſuboritur tamen interdum ex ſubditi vitio, quapropter dictum eſt, non latere imperfectionem, niſi actus corrumpatur. Corrumpitur quippe voluntatis abuſu: dum rem à ſuperiore iniun-

ctam, ideo ſubditus libenter amplectitur, quia genio proprio conſona eſt, ægre illam peracturus, ſi parum genio congrueret.

24 Sunt & aliæ obedientiæ circumſtantiæ, ſiue modi, ab hilaritate, ab expeditione, ſiue promptitudine: nonnunquam enim ſubditus voluntate, ac intellectu obtemperat; vult quippe, ac expedire iudicat: ſed appetitus ſenſitiuus legi mentis infeſtus triſtitiæ paſſione decumbit, vel alijs modis indecoris agitatur, ac animum pregrauat: vnde ſubit torpor quidam, qui ſubditum ab obedientiæ executione retardat: quem à veris obedientibus depelli, opus eſt.

25 Denique quidquid animum à puro Dei per ſuperiorem loquentis intuitu diuertit; vt aliud, quàm parere Deo, propter ipſum Deum, exquirat, obedientiæ corruptela eſt. Si verò nihil niſi vnius Dei beneplacitum ſpectetur, ſiue cũ Deus per ſuperiorem præcipit, ſiue cum proximè inſpirat, ſiue proſpera, vel aduerſa diſponit, puriſſimus obedientiæ gradus eſt, quem ſancti reſignationem appellant. His ergo perpenſis, expugnato corde, ſic obedientiæ actus exercendi ſunt.

ACTVS INTERNI.

26 Clementiſſime Deus, poſtquàm per Superiorem mihi tuum beneplacitum ſignificas, firmiſſimè conſtituo, ei, quaſi tibi parere.

Profectò ſapiẽtiſſime Domine, quamuis Superior

rior homo agreſtis, & ignarus eſſet; quicquid mihi diceret, quaſi cœleſtia oracula ſuſciperem.

Profiteor, Domine, Superiorem meum, propter te, veneratione dignißimum eſſe, ac propterea me totum illi libentißime ſubdo.

Certißimum eſt, Domine, Superiorem mihi, quaſi Deum eſſe, aliam ergo ſapientiam, vel eruditionem minimè requiram.

Sanè tametſi videretur carneis oculis meis Superior meus ſtulte loqui, verba vitæ me audire putarem.

Eo certè modo, fideliſsime Domine, quo tibi obedirem, ſi te corporis oculis cernerem, Superiori meo parebo.

Abſit à me Domine, vt improbem quod Superior meus probat.

Huiuſmodi actus ſaluberrimi ſunt: ſed de actibus externis nonnihil adijciendum eſt.

ACTVS EXTERNI.

27 QVamuis, vt diximus, actus impoſiti, quàm petiti meliores ſint: ſunt tamen actus nonnulli, quos poſtulare, quàm expectare perfectius eſt: cuiuſmodi ſunt carnis maceratio, & opera laborioſa, quę Superiores, ex prudentia, & charitate ſubditis imponere detrectant: Veri quippe obedientes non modo expreſſæ, ſed tacitæ quoq. Superioris voluntati, quam præſagiunt, celeriter occurrunt aientes; Ecce, mitte me.

28 Cum

28 Cum ergo, quid Superioris proprio motu, vel ex laborioſis, à ſubdito poſtulatũ exerceri debet, alacritas adſit, & quàm perfectè poſſit peragatur.

29 Hic annotandum, ex appetitu ſenſitiuo arduitatem metuente acediam ſurrepere: ac ipſam rerum difficultatem falſò exaggerari: quamobrẽ, ne credatur timori, ſed fidei, quæ ait: neminem à Deo ſupra vires vexari.

30 At vnum inter omnia excellentiſſimum debitum Obedientiæ, propriæ videlicet conſcientiæ rationem Superioribus fratres noſtri reddant, adeo vt nihil prorſus, ſiue proſperum, ſiue aduerſum celare audeant: licet enim erga omnes veritatem, ac ſimplicitatem abſq. omni ſimulationis imagine, colere debeant: duplices enim animi nequeunt eſſe Virginis filij: at erga Superiorem exactius debent eſſe veraces. Certoq. ſibi perſuadeant, hoc vno conſilio, ſe laqueos omnes vitare, bonum omne parare poſſe.

31 Noxia erubeſcentia procul abſit, procul timor, procul humanæ rationes; tametſi quæ aperienda ſunt graues, & ipſi quoq. Superioribus contrariæ tentationes ſint: tantum enim abeſt, vt inde amor decreſcat, vel alia damna exoriantur: vt Angelus ſatanæ, qui rei vtilitatem nouit, & pertimeſcit, nihil ſubtilius curet, quàm ſpecie virtutis, ſi timore nequeat, ſubditos ab hac fidelitate diuertere.

32 At verus Obediens, tam debet eſſe conſtans, & Supe-

Superiori ſuo fidelis, vt non ipſi vni, ſed toti etiam vrbi, ad illius nutum, non culpas leues tantum, ſed turpiora, ſi quæ in ſæculo admiſit, peccata reuelet. Hoc autem, & ardua quæuis alia vincet, ſi Superiorem quaſi Deum ipſum intueatur; quod eſt inter Obedientiæ documenta laudatiſsimum. Hinc enim exoritur amor, & reuerentia, hæc vt non reſiſtat, ille vt rem celerius exequatur: columnæ duæ ſunt, quæ ſtatum noſtrum ſuffulciunt: quas fratribus noſtris ſummopere commendamus.

33 Verum ad tertiam capitis partem veniamus, & animis ad Obedientiæ cultum incitandis, & vitijs, ſeu paſsionibus, quæ obſtant elidendis opportunas rationes depromamus.

34 Princeps hominis pars intellectu, ac voluntate conſtans, per Obedientiam ſacrificatur: vndè nobiliſsimum, ac Deo ſuauiſsimum holocauſtum eſſe, nemo inficiari poteſt: at eſt arduum: & quo res nobilior eſt, & ad eam ex naturæ corruptione homo pronior, eo imminet ad eam abnegandam difficultas maior.

35 Sed quanto maior difficultas mundi ſectatoribus incumbit: qui pro modica mercede interdum, quandoque ſine pretio vllo, principibus ad nutum ſine ſomno, ſine honore, ſine pace, ſollicitè, exactè, diu famulantur; & poſtquàm longa ſeruitute conſenuerunt, in Xenodochijs intereunt, & fortaſſe in Tartarum detruduntur?

Quan-

36 Quanto ergo conſultius, ſit humaniſsimo Principi, & amantiſsimo Patri non ſine ſpe mercedis immenſæ, filiorum more obtemperando principari?

37 Deinde inter omnia quæ ab hominibus magnificantur, ſunt Senatus conſulta, & Prudentum reſponſa: videreque licet reges terrarum de grauiſsimis negotijs anxios, quod neſciant quid fieri expediat, & ſi errent, regnorum interitum pertimeſcant: quàm ergo pretioſum eſſe debeat fructibus noſtris de grauiſsima ſalutis, vel mortis æternæ cauſa ſollicitis, in promptu habere ad actus ſingulos Dei per Superiorem reſpondentis oracula, adeo fidelia, vt ſeduci non poſsint obtemperantes, licet, aliqua ex fragilitate, Superior deciperetur? Profecto ratio hæc labores omnes Obedientiæ gratia ſuſceptos benè compenſat.

38 Præterea, quamuis quiſq. fratrum prudentiſſimus eſſet, ſuiq. poſſet eſſe cuſtos, multo eſt honorificentius Deum eo ſingulari modo, quo ceteri Chriſtiani carent, pędagogum habere, ac ab eo, per ſublimiorem quandam duci viam, quam ipſe ſeorſum, licet vir ſanctus foret, carpere nequiret. Perſpectum eſt enim, eum operandi modum, qui propria volũtate à ſanctis quoq. viris exercetur, ad illius modi, qui Obedientiæ proprius eſt, altitudinem non poſſe pertingere: quàm ergo libenter eos, qui grandia cogitant, Obedientiæ ſe dedere par ſit?

39 Iam

39 Iam verò cum quis tentationibus vrgetur, & quaſi mentis inops agitatur, compertum eſt, appoſitiſsimum habere remedium, ſi vſpiam in exilio vitæ huius inueniri poſsit: nam præter lumen cœleſte, quod propter fideles ſubditos Superiori etiam indigno Deus infundit, præſtat quoq. tenerrimum affectum, vt eo ipſo, quo ſubditum vexari nouerit, peculiari cura illi ad bonum ſpirituale, & corporale proſpiciat. Cur ergo Superiori, quem corde materno Deus erga ſubditos afficit, non exactiſsime pareatur? aut quæ tentamenta hoc antidoto non depellantur?

40 Certè non ſolum à Sanctorum, qui Superiores ſuos ardentiſsime dilexerunt, diſciplina, ſed ab hominum natura longiſsime diſtat, qui Obedientiæ virtutem non ſtudioſiſsime colit: habet enim, in homine vno Dei Viceſgerente, quicquid ad honorem, ſolatium, ad commodum attinet: quibus profecto bonis cor hominis trahi, planiſsimum eſt.

Verumtamen licet nulla ſubeſſet ratio, quæ virtutis huius amorem perſuaderet, vna Ieſu Chriſti exẽplaris noſtri auctoritas corda omnia ſubiugare deberet: Ipſe quippe mitiſsimo corde obediuit matri, & ei, qui putabatur pater: Erat enim ſubditus illis: & ab vtero matris ad mortẽ vſq. ab eius virtutis cultura nõ receſsit, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt obediens vſque ad mortem mortẽ autẽ Crucis; quo nihil legitur mirabilius.

41 Adæ inobedientiam bene penſauit, vt per hoc

pateat, primi peccati damna, Obedientiæ cultu reſarciri: quam ſane doctrinam qui non amplectitur, ſe Chriſti non eſſe, facile demonſtrat. Obtemperent alij mundi præceptoribus vt diſcant, ducibus, vt prudentia militari diteſcant naucleris, vt corporalem vitam à naufragio ſeruent: nobis & Præceptor, & ductor, & nauclerus non alius, quàm Clementiſsimus Deus ſit, cui in altaribus cordium noſtrorum, ſecundum exemplar, quod nobis in Caluariæ monte oſtenſum eſt, Obedientiæ ſacrificium veſpertinum immolemus.

41 Hæc eſt via, quæ ducit ad vitam, & ſi ad mortem tendere videatur: via militaris eſt nullis erroribus obnoxia, & exitu fœliciſſimo clauſa. Deducit enim dulciſſimus Deus, ſicnt oues populum ſuum, non vt olim in manu Moyſi, & Aaron; ſed in manu Vnigeniti filij ſui.

Præeſt ſanè Obedientiæ Magiſter ſapientiſsimus in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Circumducit gentem ſuam, & docet, & cuſtodit, quaſi pupillam oculi tui.

42 Hæc ſunt Obedientium priuilegia, quibus clauſtra gaudent: quibus ſoli filij alieni, qui claudicauerunt ab vtero, carēt, ob infidelitatem ſuam: & merito quidem, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare; & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.

43 Cum ergo fratres noſtri, qui Chriſtum diſcere cupiunt, Superiores ſuos, quaſi Deum ipſum amo-

amore, ac reuerentia ſingulari proſequi, & ad illorum præſcriptum, non tantum opera, ſed verba, & quoad fieri poteſt cogitationes quoq. metiri: vt poſtquàm inſtituti noſtri curſum Obediētiſsimo Dei filio ſimiles hac fide confecerint, immenſa præmij cœleſtis fœlicitate lætentur.

De Caſtitate. *Caput.* *VII.*

1 CAſtitas, (quod ad rem noſtram attinet) eſt virtus, quæ carnis concupiſcentiam moderatur, & illicitas voluptates excludit.

2 Virtutis huius Angelicæ dignitas plane cœleſtis eſſet, cui tribuitur peculiari iure pulchritudo.

3 Præſtat quippe homini (quod à carnis concretione longiſsime diſtat) Angelicam videlicet honeſtatem, & mentis ſublimitatem; quæ coeleſtes proculdubio dotes ſunt.

4 Ex quibus non obſcure cerni poteſt, quàm virtus hæc hominem illuſtret, qui ſupra naturam elatus, coeleſtem quendam candorem ſpirituali naturæ congenerem exhibet.

5 Hinc exiſtit ſuauiſsima quædam pulchritudo, quæ mira cum energia omniū oculos, & animos allicit: quantum enim luxuriæ turpitudo deterret, tantum caſtitatis forma demulcet.

6 Quod non in creaturis modo, ſed in ipſo creatore Ieſu Chriſto cernere licet: qui & Virgo, & Virginis filius, & Virginum amantiſsimus eſt;

Digitized by Google

vt in amore Ioannis; quem ſingularis prærogatiua Caſtitatis ampliore dilectione fecerat dignum, aperte monſtrauit.
7 Decet quippe illum, qui candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula eſt, animos ſibi puritate ſimiles, amore ſingulari proſequi, & peculiaribus donis augere: quod in Virginibus innumeris, quibus ſui copiam indulgentiſsime fecit, palam oſtendit.
8 Ex quo certe liquet, quanta ſit pulcherrimæ virtutis huius Ieſu Chriſti cor, velut ad nutum poſsidentis, opulentia: nihil enim ea poſſeſsione pretioſius: nihil æſtimabilius.
9 Sed bono tanto non quæuis caſtitas, ſed perfecta potitur: qualem diuino munere, ſine quo nemo continens eſſe poteſt, fratres noſtri aſſequi contendunt.
10 Perfectiſsimus decor eſt: ardentiſsimaq. vota requirit, qualia pars magna Chriſtianæ nobilitatis ſumma cum laude concepit. Plurima quippe non ſolum puellarum, quas mundus apparatu multo ad nuptias expetebat, ſed adoleſcentum quoque ingenuorum millia, carnis pulchritudinem illata nece, aut ſuſcepta caſtigatione corporis delere maluerunt, quàm dulciſsimo caſtitatis decore carere.
11 Honeſtius multo viſum eſt, ludibrio ab hominibus haberi, & propriorum etiam parentum odium pati, inſectationes, inediam, verbera, & id genus alia moleſtiſsima tolerare, quàm propoſito

poſito mutato, à puriſſimæ virtutis amplexu diuelli.

12 Quod ſanè illa mentis ſenectus primis annis à Deo inſpirata non auſa fuiſſet, niſi colendæ caſtitatis ſtudium bonorum maximorum eſſet feraciſſimum.

13 His ergo rationibus fratres noſtri prouocati, enitantur hoc puriſſimo candore nitere: nec Beatiſſimæ Virginis adoptionem, quam plurimi faciunt, alio modo credant poſſe conſtare, ſed de præſcribendis actibus agamus.

EXEMPLVM.

14 PОnendum eſt multos eſſe caſtitatis gradus: ſed perſpicuitatis gratia, poſſunt ad duo capita reduci: vnum eorum, qui à voluptatibus tantum illicitis abſtinent, quod ſæcularium eſt: alterum eorũ, qui nec licitis quidem fruuntur, quod eſt Monachorum, quamuis & in ſeculo plerique hunc gradum attingant.

15 Deinde notandum, in hoc ſecundo gradu, alios ab ijs tantum licitis delectationibus ſe continere, quæ corporis ſunt: ſed ſi quid animo, in ipſis clauſtri exercitijs ineundum occurrat, amplectuntur: alios vero eſſe, qui ne ſpiritualia quidem oblectamenta captent.

16 Fratres vero noſtri primum, illud ſecundi gradus propoſitum omnino complecti, ad ſecundum verò niſi degeneres eſſe velint, aſpirare debe-

bunt: quemadmodum enim, qui linguam ſerio compeſcere decreuit, à verbis,quoq. bonis identidem abſtinet, ne dum bonis linguam explicat, in mala ſenſim relaxet: ita qui verè caſtus eſſe conſtituit, ita à caſtis delectationibus ſe cohibere debet: ne paulatim non caſtæ ſubintrent.

17 Sic ex hiſtorijs probatiſſimis accepimus à ſuorum,& parentum colloquijs Patres antiquos accuratiſſime abſtinuiſſe: ne aliorum non affinium, vel ſola verba perciperent, tanta in huius virtutis cuſtodia religio fuit.

18 Nec immerito: nam Patres ipſi pugnandi conſultiſſimi; qui congreſſiones hoſtium aliorum minime formidabant, quod ad caſtitatis attinet prælia, ſemper fugam conſuluerunt. Corruptio quippe ſenſus tanta eſt, vt periculorum fugam rationi conſonam, quæ fortitudinis pars eſt, in hac pugna laudauerint, & multis exemplis docuerint.

19 Vno tamen pronuntiato ſupremum Caſtitatis gradum noſtri fratres attingent: ſi nempe, vigilantiſsime conentur, vt nulli rei creatæ, quantumuis pulchræ cor adhæreſcat: ſed velut adulterij ſe reos exiſtiment, ſi ſoli Deo cor totum vbique non reddant: omnis quippe amor alius, etſi non ſemper corporis, ſemper tamen cordis caſtitatem lædit: ſed actus proferamus.

AC-

ACTVS INTERNI.

20 PVriſsime, ac amore toto digniſsime Deus, conſtituo ab omni oblectatione abſtinere, propter te.

Caſtiſsime fili Virginis, etſi abſq. culpa, omnibus carnis voluptatibus, quas homines affectāt, frui poſſem; me ab eis vigilantiſsime continerē.

Candidiſsime Deus cordis mei, non modo, carnis delectationes reſpuo; ſed imagines quoq. formoſorum corporum concipere nollem.

Amabiliſsime Ieſu Chriſte pango fœdus cum oculis meis, me rerum corporearum elegantiam non intuiturum.

Suauiſsime decor animæ meæ, certò ſcias, me à rebus corporeis, nec tactu, nec auditu, nec aſpectu, nec alio modo (quoad mea fragilitas feret) vllam oblectationem percepturum.

Dulciſsime Domine, non tantum, oblectamenta carnis, non recipiam; ſed quod ad me attinet, neq. ſpiritus delectationes requiram.

21 Huiuſmodi actus animosè producendi ſunt: ſed ad externos tranſeamus.

ACTVS EXTERNI.

AD capita duo referuntur, quæ pro caſtitatis cultu à fratribus noſtris præſtari debent: vnum ad ſenſuum correctionem: alterum ad carnis macerationem attinet.

36 Quanto ergo conſultius, ſit humaniſsimo Principi, & amantiſsimo Patri non ſine ſpe mercedis immenſæ, filiorum more obtemperando principari?

37 Deinde inter omnia quæ ab hominibus magnificantur, ſunt Senatus conſulta, & Prudentum reſponſa: videreque licet reges terrarum de grauiſsimis negotijs anxios, quod neſciant quid fieri expediat, & ſi errent, regnorum interitum pertimeſcant: quàm ergo pretioſum eſſe debeat fructibus noſtris de grauiſsima ſalutis, vel mortis æternæ cauſa ſollicitis, in promptu habere ad actus ſingulos Dei per Superiorem reſpondentis oracula, adeo fidelia, vt ſeduci non poſsint obtemperantes, licet, aliqua ex fragilitate, Superior deciperetur? Profecto ratio hæc labores omnes Obedientiæ gratia ſuſceptos bene compenſat.

38 Præterea, quamuis quiſq. fratrum prudentiſſimus eſſet, ſuiq. poſſet eſſe cuſtos, multo eſt honorificentius Deum eo ſingulari modo, quo ceteri Chriſtiani carent, pędagogum habere, ac ab eo, per ſublimiorem quandam duci viam, quam ipſe ſeorſum, licet vir ſanctus foret, carpere nequiret. Perſpectum eſt enim, eum operandi modum, qui propria volũtate à ſanctis quoq. viris exercetur, ad illius modi, qui Obedientiæ proprius eſt, altitudinem non poſſe pertingere: quàm ergo libenter eos, qui grandia cogitant, Obedientiæ ſe dedere par ſit?

39 Iam

39 Iam verò cum quis tentationibus vrgetur, & quaſi mentis inops agitatur, compertum eſt, appoſitiſsimum habere remedium, ſi vſpiam in exilio vitæ huius inueniri poſsit: nam præter lumen cœleſte, quod propter fideles ſubditos Superiori etiam indigno Deus infundit, præſtat quoq. tenerrimum affectum, vt eo ipſo, quo ſubditum vexari nouerit, peculiari cura illi ad bonum ſpirituale, & corporale proſpiciat. Cur ergo Superiori, quem corde materno Deus erga ſubditos afficit, non exactiſsime pareatur? aut quæ tentamenta hoc antidoto non depellantur?

40 Certè non ſolum à Sanctorum, qui Superiores ſuos ardentiſsime dilexerunt, diſciplina, ſed ab hominum natura longiſsime diſtat, qui Obedientiæ virtutem non ſtudioſiſsime colit: habet enim, in homine vno Dei Viceſgerente, quicquid ad honorem, ſolatium, ad commodum attinet: quibus profectò bonis cor hominis trahi, planiſsimum eſt.

Verumtamen licet nulla ſubeſſet ratio, quæ virtutis huius amorem perſuaderet, vna Ieſu Chriſti exēplaris noſtri auctoritas corda omnia ſubiugare deberet: Ipſe quippe mitiſsimo corde obediuit matri, & ei, qui putabatur pater: Erat enim ſubditus illis: & ab vtero matris ad mortē vſq. ab eius virtutis cultura nō receſsit, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt obediens vſque ad mortem mortē autē Crucis; quo nihil legitur mirabilius.

41 Adæ inobedientiam bene penſauit, vt per hoc

pateat,

Digitized by Google

pateat, primi peccati damna, Obedientiæ cultu reſarciri: quam ſane doctrinam qui non amplectitur, ſe Chriſti non eſſe, facile demonſtrat. Obtemperent alij mundi præceptoribus vt diſcant, ducibus, vt prudentia militari diteſcant naucleris, vt corporalem vitam à naufragio ſeruent: nobis & Præceptor, & ductor, & nauclerus non alius, quàm Clementiſsimus Deus ſit, cui in altaribus cordium noſtrorum, ſecundum exemplar, quod nobis in Caluariæ monte oſtenſum eſt, Obedientiæ ſacrificium veſpertinum immolemus.

41 Hæc eſt via, quæ ducit ad vitam, & ſi ad mortem tendere videatur: via militaris eſt nullis erroribus obnoxia, & exitu fœliciſſimo clauſa. Deducit enim dulciſſimus Deus, ſicut oues populum ſuum, non vt olim in manu Moyſi, & Aaron; ſed in manu Vnigeniti filij ſui.

Præeſt ſanè Obedientiæ Magiſter ſapientiſsimus in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Circumducit gentem ſuam, & docet, & cuſtodit, quaſi pupillam oculi tui.

42 Hæc ſunt Obedientium priuilegia, quibus clauſtra gaudent: quibus ſoli filij alieni, qui claudicauerunt ab vtero, carēt, ob infidelitatem ſuam: & merito quidem, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare; & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.

43 Cum ergo fratres noſtri, qui Chriſtum diſcere cupiunt, Superiores ſuos, quaſi Deum ipſum amo-

amore, ac reuerentia ſingulari proſequi, & ad illorum præſcriptum, non tantum opera, ſed verba, & quoad fieri poteſt cogitationes quoq. metiri; vt poſtquàm inſtituti noſtri curſum Obediētiſsimo Dei filio ſimiles hac fide confecerint, immenſa præmij cœleſtis fœlicitate lætentur.

De Caſtitate. *Caput.* *VII.*

1 Caſtitas, (quod ad rem noſtram attinet) eſt virtus, quæ carnis concupiſcentiam moderatur, & illicitas voluptates excludit.

2 Virtutis huius Angelicæ dignitas plane cœleſtis eſſet, cui tribuitur peculiari iure pulchritudo.

3 Præſtat quippe homini (quod à carnis concretione longiſsime diſtat) Angelicam videlicet honeſtatem, & mentis ſublimitatem; quæ coeleſtes proculdubio dotes ſunt.

4 Ex quibus non obſcure cerni poteſt, quàm virtus hæc hominem illuſtret, qui ſupra naturam elatus, coeleſtem quendam candorem ſpirituali naturæ congenerem exhibet.

5 Hinc exiſtit ſuauiſsima quædam pulchritudo, quæ mira cum energia omniū oculos, & animos allicit: quantum enim luxuriæ turpitudo deterret, tantum caſtitatis forma demulcet.

6 Quod non in creaturis modo, ſed in ipſo creatore Ieſu Chriſto cernere licet: qui & Virgo, & Virginis filius, & Virginum amantiſsimus eſt;

vt in

vt in amore Ioannis; quem ſingularis prærogatiua Caſtitatis ampliore dilectione fecerat dignum, aperte monſtrauit.

7 Decet quippe illum, qui candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula eſt, animos ſibi puritate ſimiles, amore ſingulari proſequi, & peculiaribus donis augere: quod in Virginibus innumeris, quibus ſui copiam indulgentiſsime fecit, palam oſtendit.

8 Ex quo certe liquet, quanta ſit pulcherrimæ virtutis huius Ieſu Chriſti cor, velut ad nutum poſsidentis, opulentia: nihil enim ea poſſeſsione pretioſius: nihil æſtimabilius.

9 Sed bono tanto non quæuis caſtitas, ſed perfecta potitur: qualem diuino munere, ſine quo nemo continens eſſe poteſt, fratres noſtri aſſequi contendunt.

10 Perfectiſsimus decor eſt: ardentiſsimaq. vota requirit, qualia pars magna Chriſtianæ nobilitatis ſumma cum laude concepit. Plurima quippe non ſolum puellarum, quas mundus apparatu multo ad nuptias expetebat, ſed adoleſcentum quoque ingenuorum millia, carnis pulchritudinem illata nece, aut ſuſcepta caſtigatione corporis delere maluerunt, quàm dulciſsimo caſtitatis decore carere.

11 Honeſtius multo viſum eſt, ludibrio ab hominibus haberi, & propriorum etiam parentum odium pati, inſectationes, inediam, verbera, & id genus alia moleſtiſsima tolerare, quàm propoſito

poſito mutato, à puriſſimæ virtutis amplexu diuelli.

12 Quod ſanè illa mentis ſenectus primis annis à Deo inſpirata non auſa fuiſſet, niſi colendæ caſtitatis ſtudium bonorum maximorum eſſet feraciſſimum.

13 His ergo rationibus fratres noſtri prouocati, enitantur hoc puriſſimo candore nitere: nec Beatiſſimæ Virginis adoptionem, quam plurimi faciunt, alio modo credant poſſe conſtare, ſed de præſcribendis actibus agamus.

EXEMPLVM.

14 Ponendum eſt multos eſſe caſtitatis gradus: ſed perſpicuitatis gratia, poſſunt ad duo capita reduci: vnum eorum, qui à voluptatibus tantum illicitis abſtinent, quod ſæcularium eſt: alterum eorũ, qui nec licitis quidem fruuntur, quod eſt Monachorum, quamuis & in ſeculo plerique hunc gradum attingant.

15 Deinde notandum, in hoc ſecundo gradu, alios ab ijs tantum licitis delectationibus ſe continere, quæ corporis ſunt: ſed ſi quid animo, in ipſis clauſtri exercitijs ineundum occurrat, amplectuntur: alios verò eſſe, qui ne ſpiritualia quidem oblectamenta captent.

16 Fratres vero noſtri primum, illud ſecundi gradus propoſitum omnino complecti, ad ſecundum verò niſi degeneres eſſe velint, aſpirare debe-

bunt: quemadmodum enim, qui linguam ſerio compeſcere decreuit, à verbis, quoq. bonis identidem abſtinet, ne dum bonis linguam explicat, in mala ſenſim relaxet: ita qui verè caſtus eſſe conſtituit, ita à caſtis delectationibus ſe cohibere debet: ne paulatim non caſtæ ſubintrent.

17 Sic ex hiſtorijs probatiſſimis accepimus à ſuorum, & parentum colloquijs Patres antiquos accuratiſſime abſtinuiſſe: ne aliorum non affinium, vel ſola verba perciperent, tanta in huius virtutis cuſtodia religio fuit.

18 Nec immerito: nam Patres ipſi pugnandi conſultiſſimi; qui congreſſiones hoſtium aliorum minime formidabant, quod ad caſtitatis attinet prælia, ſemper fugam conſuluerunt. Corruptio quippe ſenſus tanta eſt, vt periculorum fugam rationi conſonam, quæ fortitudinis pars eſt, in hac pugna laudauerint, & multis exemplis docuerint.

19 Vno tamen pronuntiato ſupremum Caſtitatis gradum noſtri fratres attingent: ſi nempe, vigilantiſsime conentur, vt nulli rei creatæ, quantumuis pulchræ cor adhæreſcat: ſed velut adulterij ſe reos exiſtiment, ſi ſoli Deo cor totum vbique non reddant: omnis quippe amor alius, etſi non ſemper corporis, ſemper tamen cordis caſtitatem lædit: ſed actus proferamus.

AC-

ACTVS INTERNI.

20 PVriſsime, ac amore toto digniſsime Deus, conſtituo ab omni oblectatione abſtinere, propter te.

Caſtiſsime fili Virginis, etſi abſq. culpa, omnibus carnis voluptatibus, quas homines affectāt, frui poſſem; me ab eis vigilantiſsime continerē.

Candidiſsime Deus cordis mei, non modo, carnis delectationes reſpuo; ſed imagines quoq. formoſorum corporum concipere nollem.

Amabiliſsime Ieſu Chriſte pango fœdus cum oculis meis, me rerum corporearum elegantiam non intuiturum.

Suauiſsime decor animæ meæ, certò ſcias, me à rebus corporeis, nec tactu, nec auditu, nec aſpectu, nec alio modo (quoad mea fragilitas feret) vllam oblectationem percepturum.

Dulciſsime Domine, non tantum, oblectamenta carnis, non recipiam; ſed quod ad me attinet, neq. ſpiritus delectationes requiram.

21 Huiuſmodi actus animosè producendi ſunt: ſed ad externos tranſeamus.

ACTVS EXTERNI.

AD capita duo referuntur, quæ pro caſtitatis cultu à fratribus noſtris præſtari debent: vnum ad ſenſuum correctionem: alterum ad carnis macerationem attinet.

22 Capitis primi eſt, sēſus cohibere, quoties aliqua ſuboritur delectatio: vt frater quiſq. omnino ſtatuat, ſtatim ac animaduertit, delectationē obrepētē excutere; quod duobus exēplis planius fiet.

Videt quis frater aliquem ſæcularem, ſeu Religioſum forma præſtantem, vbi naturali motu, ex eo conſpectu ſubit aliqua, licet non illicita delectatio: Tunc ergo, caſtitatis amore, ſic agere debet oculos auertēs: Abſit, vt corporis huius aſpectu delectari velim: Auerte Domine oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Alterum exemplum petamus à tactu. Accidere poſſet in recreationibus, vel alibi, vt frater quis inopinus manū alterius tāgeret, vel cōtrectaret, vnde oblectationem aliquā ſentiret: Tunc re deprehenſa, manum propriā debet confeſtim ad ſe referre; ac in Deū hoc modo aſpirare: Abſit à me Domine, vt aliquā delectationem quærā, extra te.

23 Ex his diſcēt fratres noſtri, quantopere debeāt ſingularem aliorum familiaritatem, quæ illos actus indecoros parit, euitare: quin etiam ſi caſtitatem ament, & ſeipſos, dum ſe in cellis exuūt, cubant, vel alios eiuſmodi actus exercent, vitaturi ſunt, ne quid viſu, vel tactu parum honeſtè fiat.

24 Sed quod de duobus ſenſibus, duobus exemplis expreſſimus, de alijs pariter, accipiendum eſt: nā nec auditu, nec olfactu, neq. guſtatu, in quo maior ſubeſt difficultas, niſi ob neceſſitatem, vel vtilitatem, non ob vllam voluptatem, vſuri ſunt.

25 Idem

25 Idem quoq. de ſenſibus internis, vel potentijs aſſerimus: nam quicquid ibi delectationem parit, ſi neceſſarium, aut vtile non ſit, expellendum: ſi expelli nequeat, vel non debeat, intentio purganda, & in Deum ſolum attollenda eſt: ſed ad caput ſecundũ caſtigandi corporis accedamus.

26 Fallax equus ad ſalutem: & in abundantia virium ſuarum non ſaluabitur. Propterea illa corporis afflictio, quæ fratribus noſtris vſitata eſt, à cultoribus caſtitatis, impenſius debet frequentari. Huc ſpectant, vigiliæ, ieiunia, incommodus lectus, cilicia, catenæ, & eius generis alia, de quibus, in cap. de Pœnitent. dicemus: ſed hic hoc volumus dũtaxat, vt fratres iuniores animaduertant omnes auſteritatis actus, & ſenſuum, quas diximus, mortificationes caſtitatis colendæ gratia ſuſceptas, actus quoq. caſtitatis eſſe, nec ſine his munimentis eam virtutem ſolere conſiſtere.

27 Hinc ſanctiſſimi, & ab omni carnis infeſtatione alieniſſimi Patres, ſe moleſtiſsimis afflictionibus, in antris, & ſolitudinibus conficiebant: etſi enim præſentibus prælijs non impeterentur, tamen futura timebant: & vſque ad poſtremum halitum militabant.

28 Quorum doctrina potiſſimum commendatur, quod carni neceſſitatem, aut morbum ſimulanti minimè crederent: ſed cum carnis detrimento; vt ſpiritus fieret ſaluus, decertarent.

29 At verò cum caſtitatis propugnatio difficillima ſit: quòd homo aduerſus carnem ſuam, quam

nemo vnquàm odio habuit, armetur: & multiplices pugnæ, ac timores, laſsitudines, ac deliquia contingant: æquum erit, hac tertia capitis parte, pro virtutis tantæ præſidio appoſitarum rationum agmen inſtruere.

29 Prætexit amor proprius rei arduitatem, quaſi labor immenſus ſit, cum hoſte implacabili perenne bellum gerere: ſed quanto duriora ſubeūt homines libidinoſi, pro modica voluptate carnis furtim deguſtanda? Prodigunt matrimonia; nobilitatem generis, & honorem obſcurant: corpus voluptate obſcoena computreſcit: & anima ſempiternis, quos in hac vita præſentit, doloribus traditur:

30 Quanto ergo prudentius ſit, caſtitatis decorem, & æternam fœlicitatem modico belli labore comparare, quàm exhauſto corpore tabem, & infamiam in præſenti vita, in futuro verò ſæculo, mortem expertem mortis, fallaciſsima, & breuiſsima voluptate mercari?

31 Nullum lapidem nō mouent mundi cultores, vt aliqua ingenij, nobilitatis, fortitudinis uè laude principum gratiam inire, ac præ alijs ab eis amari poſsint: cur ergo, cum exploratum ſit, hoc eſſe caſtitatis priuilegium, vt ob exactiſsimam, & dulciſsimam eius pulchritudinem, non ſolum corda, ſed corpora quoque caſta à clementiſsimo Deo in delitijs habeantur, Fratres noſtri non impenſiſsimè curent puriſsima caſtitate nitere?

32 Præ-

32 Præterea omnes propemodùm Eccleſiæ filij, Beatiſsimæ Virginis auxilium, quaſi ſpem ſalutis æternæ firmiſsimam implorant: & ſi apud eam gratia valeant, ſe cauſam obtinuiſſe arbitrantur: cum ergo compertum ſit hac vna virtute ad tantæ Reginæ fauorem viam rectam ſterni; qua mente, qui inter eius filios puritate candidatos recenſentur, licet laborandum ſit, in caſtitate tuenda poſsint eſſe degeneres?

33 Deinde: illuſtriſsima orbis terrarum pars viris ſtudio Sapientiæ deditiſsimis conſtat, qui ſepoſitis curis alijs, æquum eſſe cenſuerunt, rebus diuinis toto corde vacare: modica enim rerum cœleſtium cognitio ſcientijs alijs inferioribus longe antecellit: & ob eam cauſam à licitis etiam coniugij delectationibus mentem immunem ſeruaturi, cœlibatum, & vitæ auſteritatem elegerunt: quod exemplis Patrum noſtrorum vulgatiſsimis, & plurimis patet: æquum ergo erit, fratres noſtros ad ſapientiæ ſtudium foelici ſorte vocatos, carnis curã negligere, vt caſtitas, quæ inter virtutes omnes illi ſtudio mentem potiſsimum adaptat, in eorum quoq. corporibus ſplendeat: modica enim ſapientiæ coeleſtis delibatio ſuauior eſt, quàm ſit laborioſa caſtitatis diſciplina.

34 Vlterius, impenſior eſt amor vitæ, quàm ſcientiæ, vel ſapientiæ, nec fugit quemquam, ſedulitas hominum ad quodlibet detrimẽtum vitę declinandum quanta ſit: iam autem perſpectum

eſt, caſtitatem, tam eſſe morti, ſeu corruptioni contrariam, quàm obſcoenitas vitæ, ſiue integritati aduerſatur: ſi quis ergo vult vitam, eo certè ipſo, quòd vita per ferrum ignemq. ſeruata placet, caſtitas quoque per labores multos quæſita placere debet.

35 Quid iam de certaminis exitu dicemus? non enim futuræ tantum vitæ præmia cumulatiſſima caſtitati reſpondent: ſed poſt agones cum iam Clementiſſimo Ieſu Chriſto, ſatis pugnatum eſſe videtur, etiam in hoc exilio, caſtis cordibus amãtiſſimè blanditur; quod à iunioribus fratribus attentè ponderandum eſt.

36 Omnium quippe Theologorum ſententia eſt, re quoq. Philoſophicè perpenſa, maiores multo animi, quàm corporis delectationes eſſe: benè igitur cum fratribus noſtris agetur, ſi pro voluptatibus abdicatis gaudia diuina prælibent.

37 Ceterũ quamuis nihil aliud emolumenti è cuſtodia formoſiſſimę virtutis huius referẽdũ eſſet, quã Ieſu Chriſto cõformes fieri, quo nihil eſt glorioſius: deberẽt profectò fratres noſtri, perpetuis laboribus, & angoribus, ad hanc laudẽ aſpirare.

38 At, cum peculiari quadam ratione, hoſtem hunc carnis domeſticum nutrire, & ab eo ſimul infeſtari debeant: nouerint, inſtantiſſimè orandũ, vt Dominus, pro ſuæ bonitatis, & noſtræ fragilitatis magnitudine præſtantiſſimũ ferat auxiliũ.

Orationis ergo, & exercitiorũ aſſiduitate, ſtipendia militiæ noſtræ faciant: & nulla difficul-

tate

tate deterriti; nullo mœrore deiecti, pro decore virtutis, pro mercedis magnitudine, pro ſimilitudine Ieſu Chriſti, chariſſimi fratres noſtri decertent.

De Paupertate. *Cap.* *VIII.*

1 E Docturus Ieſus Chriſtus veræ ſapiētiæ Præceptor æternę beatitudinis viam à paupertate orſus eſt: quæ nihil eſt aliud, quàm vltronea rerum temporalium abdicatio, ob regnum cæleſte ſuſcepta: quæ bona externa, ſicut obedientia, & caſtitas interna, ſacrificat.

2 Eius verò ſublimitatem, veram ſtatus Apoſtolici notam, cōmendare operoſum eſt: habet enim neſcio quid virtute altius, dum bona, quæ homines adorant, excelſo animo calcat.

3 Quapropter inter beatitudines potius, quàm inter virtutes à Chriſto eius laudatore collocari debuit: vt noſſent homines, veros pauperes ſpiritu non qualemcunq; virtutem, ſed quendā fœlicitatis gradum, in hoc etiam exilio conſecutos.

4 Ex quo ratio efficax exoritur, quæ animos allicere poſſit. Nemo enim eſt, qui foelicitatem auidiſſimè non expetat: ad cuius viam peruestigandam præclariſſimos totius antiquitatis ex omni natione viros multis laboribus aſpiraſſe compertum eſt: quamobrem, cum oraculo Dei fratres noſtri acceperint, paupertatem Chriſtianam in beatitudinem cultores ſuos rectà ducere, ſtudium illius cupidiſſimè debent arripere.

5 Sed

5 Sed præter oraculum hoc, multa ſecum bona Chriſti paupertas affert,quæ corda poſſint emol lire.Singulari enim iure pauperes ſpiritu in Dei tranſeunt adoptionem; vt ij quos mundus reſpicere videtur,ab eo paterne regantur,& alantur, tanquam filij excelſi omnes. At quid homini glorioſius accidere poſſit, quàm ex abiectione mundi, Patrem excelſiſſimum acquirere? Nouit hoc ille,qui dixit;Pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem aſſumpſit me.

6 Nec ſolum hæc tanti Parentis honorificentiſſima protectio, ſed intima quoque conſolatio, pro cupiditatis abdicatione, ſuccedit: Spiritus quippe ſanctus, qui corda ſolatur amore peculiari pauperum paracletus eſt,vt qui eſt Dei donum, ijs potiſſimum detur, qui rerum omnium expulſione,vacua illi corda, ipſo tantum explenda præbuerunt: propterea, poſt illa verba: Veni Pater pauperum, proximè dicitur: Veni dator munerum.

7 Ex quo pariter liquet, quàm ſint prudentes mercatores, qui tam eximijs donis cæleſtibus, tam exilia terræ bona permutant.

8 Nec verò quemquam mouere debet, rationes has Chriſtianæ paupertatis aſſertrices ab ijs,qui ſæculo implicantur, minime capi: ſunt enim ſæculo altiores, & ſolidiſſima fide ſubnixæ:cui ſæculi contemptores facilè aſſentiuntur.

9 Fratres igitur noſtri ad hunc ordinem gratis vocati, altiſsimo deſpectu bona omnia

tem-

temporalia deteſtentur:& actus Chriſtianæ paupertatis acquirendæ opportunos ediſcant.

EXEMPLVM.

10 NOtandum ex duobus capitibus paupertatem Chriſti componi; ex abdicatione externa,& interna. Externa conſtat illa relictione, quæ omnibus clauſtra petentibus communis eſt: Interna verò concupiſcentiæ, ſeu cupiditatis extirpatione, quæ non vniuerſis æque cõmunis eſt.

11 Vtramque Chriſtus indicauit illis verbis,Pauperes ſpiritu: non enim pauperes dixiſſe ſatis erat,quod externa bonorum priuatio pręſtat;ſed oportebat addere,ſpiritu,hoc eſt,voluntatis affectu,qui abdicationem creat internam.

12 Poſtquam verò quis, & opere, & affectu temporalia bona reiecit, non continuo paupertatis cultor perfectus euadit: multa enim ex affectu illo, & interna, & externa in cœnobio exercenda ſunt, ad eam perfectionem comparandam, vt è ſubiectis actibus patebit.

13 Reſinoſa mundi ſubſtantia eſt, & facile cor humanum omnibus, quæ frequentat, adhæret:quãobrem, poſtquam concupiſcentiæ paſsio,bonis, quibus in ſæculo paſcebatur, ſe videt orbatam, ad ea tenuia commoda,quæ in clauſtris eſſe poſſunt, ardenter hiat: & totam eam vim, qua in ſæculi diuitias ferebatur, ad res quoque viliſsimas confert. Sic veſtem, librum, imaginem,

quodam

quodam auaritiæ affectu curat, & ſibi permitti, alijs tradi nollet.

14 Nocendi genus miſerrimum eſt: vt qui ampla patrimonia reſpuerunt, libri, veſtis, vel aliarum nullius pretij rerum nimio amore capiantur: quod propterea vigilantiſſimè cauendum, & affectus his actibus internis repurgandus.

ACTVS INTERNI.

15 CLementiſſime Deus nolo aliorum bonorum poſſeſſionem, niſi tantummodo tui.

Vtinam Pater amantiſſime millenos mundos auro plenos haberem, non vt poſsiderem, ſed vt relinquerem propter te.

Benigniſsimè Domine, quod ad me ſpectat, promptiſsima voluntate omnia quę deſiderare poſſum, relinquo propter te.

Miſericordiſsime Deus, vtinam carerem hac veſte, qua tegor, vt tibi mea nuditate placerem.

Dulciſsime Pater, ego ſum hac cella planè indignus, vtinam ſub ſcala, vel in angulo domus incommodo pernoctarem.

Satis bene mecum ageretur Domine, ſi ederē reliquias ciborum, quibus famuli tui veſcuntur. oro te, vt me ad conuiuium fragmentorum panis, qui ſupereſt, admittas.

Abſit à me, ò tota hæreditas mea, vt libri, cellæ, veſtis, ſeu aliarum rerũ cupiditate præpediar.

16 Huiuſmodi actus, vt ſatis patet, multis modis formari queunt; ſed ad externos accedamus:

ACTVS

ACTVS EXTERNI.

ANimaduertendũ eſt,multos,qui paupertatẽ profitentur,grauiter ſeduci,dum ſola prima bonorum temporalium renuntiatione, & nonnul lis actibus internis cõtenti,ſe opus abſoluiſſe putant: nec externè ſibi quidquam deeſſe patiuntur. Grauis error eſt;quale enim genus paupertatis eſt,cui nihil deeſt? Profectò iuxta Sanctorum Doctrinam paupertatis comites ſunt, rerũ neceſſariarum defectus,calor,frigus,ſitis, fames, nuditas, & multiplex incommoditas: quapropter,timendum eſt, ne ij, quibus neceſſaria ſemper ſuppetunt, Chriſti ſententia, pauperes veri non ſint.

17 Propter hoc fratres noſtri, ſi quando valentibus ſiue ægrotantibus,quidquam deſit, gratiam Clementiſsimo Deo habeant: quod experimento paupertatis, quam colunt,conſcientiam exhilarare velit.

17 Verùm quia fragilitatis noſtræ miſeretur, indulgenter prouidere ſolet, ne quid neceſſarium deſideretur: quo non eſt æquum; pauperes veros fieri remiſsiores: immò ſtudioſius eis in opus incumbendum: ne dum materia paupertatis exercendæ ſubtrahitur,meritum quoque decreſcat.

19 Tunc ergo, & vniuersè quoties poterũt,veſtes obſoletas,& laceras,cellam incommodiorem,duriorem lectum, vetuſtiores libros, cibos infirmiores, & eiuſmodi alia, quæ pauperibus con-

gruere

gruere norunt,à ſuperiore poſtulare, aut impoſita libenter ferre debebunt.

20 Quòd ſi eis,quauis de cauſa res commodæ indulgeantur,affectum non ſinant adhæreſcere:ſed illas, quemadmodum, & omnes alias, quaſi res alienas, parcè,& quaſi res Chriſto ſacras, illarũ detrimentum deuitantes, reuerenter vſurpent.

21 Hæc eſt pauperum Chriſti antiqua diſciplina; quæ ſtatim, ac animo cuiuſquam inſedit; miris incrementis Monaſticam perfectionem exaggerat: nam præter propriam excellentiam, pluriũ virtutum nobiliſsimarum ſocietate reſplendet. Sed cum carni refragetur,quam impenſius æquo frequenter homines amant: neceſſe eſt, rationes firmas inducere, quibus ad paupertatem amplectendam corda roborentur.

22 Laborioſum eſt,(aiunt)paupertatem tam exactè colere: genus enim cuiuſdam ſeruitutis duræ videtur. Sed quanto laborioſius vitã degunt homines innumeri,non electione,ſed coactione pauperes,qui vix pane ſaturantur: & ſine ſpe mercedis contabeſcunt: qui tamen homines ſunt, & & Ieſu Chriſti ſanguine redempti?

23 Nec obſtat ſanè, multos ad clauſtra vocatos, ex opulentis pauperes grauius illis pauperibus neceſſarijs (vt aiunt) diuexari: nam præterquã quòd opinio hæc hominum ſæcularium falſa eſt, eſto tamen ita eſſet: quot homines locupletiſsimi, vel ob culpam, vel ob artis campſoriæ deliquium repentino caſu in extremam triremium

egeſta-

egeſtatem ſine compenſatione vllius conſolationis incurrunt?

24 Nec eſt ad rem, illos peccaſſe: quis enim è vocatis adeo iuſtus eſt, quem non accuſet alicuius peccati conſcientia: propter quod, ſi non in hac vita, triremibus, in futura tamen flammis inferni tradi commeruerint? Nō expedit certè illa ſolum, quæ carneis oculis videntur expendere: ſed æterna cogitare.

25 Deinde quamnam voluptatem percipiunt viri diuitiarum, dormientes ſomnum ſuum, qui cum intereunt, non ſumunt omnia, ſed nihil inueniunt, niſi peccatorum ſpinas in manibus ſuis: & quia dorſum incuruarunt ſub terrenorũ bonorũ pondere, demerguntur quaſi plumbum in aquis vehementibus daturi pœnas cupiditatis ſuæ? Nunquid colligunt de ſpinis vuas? An non mortuus eſt, & diues, & ſepultus eſt in inferno?

26 Quanto ergo fœlicius eſt, illa bona relinquere, quàm relinqui, & cum Lazaro quondam paupere requiem æternam inuenire?

27 Quanto lætius, & glorioſius eſt, cum eo, qui pro multis dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, ſuper ſedes duodecim, cum pauperibus Apoſtolicis, in opulentiſſima gloria ſedere? Certè (vt ex hac ſeſſione patet) non eſt inutilis commutatio, pro eo, qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe.

28 Præterea (ne quis ſolam futurorum bonorum pollicitationem parum mouere dicat) præſentis

ſæculi

ſæculi diuitiæ eo tantum conducunt, vt quis alatur; cetera enim, quæ ad faſtum expēduntur, culpa non vacant: quid ergo ex rebus temporalibus (excepto faſtu) deeſt Monacho, cui Deus peculiari cura prouidet alimenta? Profectò non deeſt, niſi ſollicitudo, niſi peccata, niſi cupiditas: at hæc abeſſe, melius eſt.

29 Iam autem, bona illa terrea caſu perire poterant, & moleſtior egeſtas ſuccedere: at Chriſti famulis nulla calamitas panem adimere poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Nunquam vidi iuſtum derelictum; nec ſemen eius quærens panem. Nec ſolus panis, ſed nec vllum bonum Ieſu Chriſti ſeruis deeſſe poteſt: cum tamen diuitibus mundi, panis quoque deficiat, ſicut ſcriptum eſt: Diuites eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

30 Vlterius, diuites ſæculi ſui ipſorum curatores, pauperū verò Deus procurator eſt: & propterea ſingulas buccellas Deus, qui minutiſſima quęque contemplatur, in numero, pondere, & menſura ſuis alumnis apponit; eſca ergo tam amanter, tamque ſapienter prouiſa, quāto ſit corpori vtilior, quàm ea, quæ ab homine ipſo intemperante, & fortaſſe diabolo conſentiente parata eſt?

31 Pręter hæc eſcam illam certè lautiſſimam conſolationis internæ, qua in hoc etiam exilio Chriſti pauperes, per interualla ſaltem aluntur, compertum eſt ſæculi diuitibus deeſſe. Habent illi ſanè conſolationem leuem, ſed Ieſus Chriſtus ait:

Ve

Ve vobis diuitibus,qui habetis conſolationem veſtram in hoc mundo. Melius ergo eſt, Dei ſolatio hic recreari, & ſempiterna ſimul ſperare ſolatia.

32 Ceterum,licet rationes allatæ parum valerẽt: amor ille,quo Dei filius cum eſſet diues, egenus propter nos factus eſt,vehemẽter fratres noſtros vrgere deberet,vt paupertati ſpiritus plurimam operam nauarent.Si Deus tenerrimo quodam affectu ait;Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: decebit ne Monachum dicere:Nollem ego paupertatem exactè colere?

33 Quid de Beatiſſima Virgine dicemus, cuius inopiam fructuoſius eſſet lachrymis,quàm calamo proſequi?O quàm diues paupertas,vel ex ſolo dulciſſimæ Reginæ cælorum amplexu. Etenim duo exempla hæc dura quoque corda domabunt.

34 Fratres ergo noſtri puriſſimæ,ac pauperrimæ Virginis filij,tantæ Matris conſortium cõſtanter exquirant,& paſſionibus,ac tentationibus minimè fracti,ad pauperum hereditatem,hoc eſt, regnum cælorum aſpirent.

De Pœnitentia. Cap. IX.

1 Poſtquam è ſæculi decliuio, ad Monaſticæ vitæ verticẽ,fratres noſtri vocati ſunt;& Theologicarum virtutum finem,per Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis cultum, ſe adepturos intellexerunt: illud in primis ab eis Deus re-

quirit, vt peccata, quæ in ſæculo commiſerunt, opportunitate noui ſtatus oblata, expiare conentur: quod pœnitentiæ virtute præſtabunt.

2 Eſt autem pœnitentia virtus, qua propter Deũ peccata deteſtamur, cum propoſito non relabendi, ac Deo pro viribus ſatisfaciendi. Rationem quippe cuiuſdam iuſtitiæ virtus hæc habet: & quia peccator Deum laceſciuit iniuria, illum bonis operibus placare, ac de ſe ipſo vindictam ſumere conſtituit.

3 Ex quo, non obſcurè virtutis huius nobilitas elucet: quid enim generoſius, quàm fideliſsimo corde ſibi ipſi pęnam inferre, ac pro Deo, contra ſeipſum, non propter ſe, ſed propter Deum conſtantiſsimè ſtare?

4 Nobilitas velut Theologica eſt: nam in ipſa deteſtatione, ac vindicta peccati intuitus dirigitur, non ad propriam vtilitatem, ſed ad ipſum Deum ſummè dilectum: quæ cum diuina charitate, ſublimis quædam cognatio eſt.

5 Hinc efficitur, vt qui paulò ante diaboli mancipia erant, momento vno, ad lectiſsimum filiorum Dei numerum aſſurgant: tanta virtutis huius claritas eſt.

6 Quis autem adeo demens ſit, qui ſplendore tanto non alliciatur, & propter dignitatem filiorum Dei, qua nihil maius quæri poteſt, peccata delere, & candore nouo illuſtrari non curet?

7 Lucrum profectò maximum eſt, quo iura cæleſtis Hieruſalem à Dei filijs emuntur: & anti

quæ-

quæ libertatis; quæ peccato detrita eſt;damna reparantur.

8 Hoc lucrum Magdalenæ, Petri, Pauli,& latronis illius, qui momento tantam vim pęnitentiæ veræ contraxit, vt Paradiſum emere poſlet: nec aliqua debita tam immania ſunt,quę virtutis huius vno conatu extingui non valeant.

9 Nec verò virtus męſta eſt, licet ſacco videatur accincta: gaudium quippe eſt in cælo,ſuper vno peccatore pęnitentiam agente:peccatorque ipſe nouo ſpiritu recreatus, quaſi corpus noxijs humoribus repurgatum, bono ſanctitatis habitu lætatur.

10 Nihil boni ab homine optari poteſt, quod hac fœcundiſsima virtute non pariat: ſicut nihil mali excogitari valet, quod eius efficacitate, non vitet: quapropter æquum eſt fratres noſtros expurgare vetus fermentum,quos Clementiſsimus Deus euocauit,vt eſſent noua conſperſio:& quaſi iuſti, deleta culpa,epularentur in azymis ſynceritatis,& veritatis.Sed actus virtutis huius præſcribamus.

EXEMPLVM.

11 Animaduertant fratres noſtri,ſalutare conſilium eſſe:De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Certò quippe ſciunt ſe peccaſſe: veniam verò licet ſibi datam confidāt, certò tamen minimè norunt:quapropter ita pro peccatis Cle

mentiſſimum Deum exorare meminerint, ac ſi noſſent, ſibi non pepercisse: In grauiſſimis quippe negotijs, ob ſolam mali ſuſpicionem homines prudentia inſignes, ea remedia adhibere conſueuerunt, quibus vterentur, ſi certius mala praenouiſſent.

12 Deinde, quamuis certò noſſent culpã ſibi fuiſſe condonatam: non continuò à pœnis acerbiſſimis Purgatorij exemptos ſe credere deberent: ex quo ad ſæuiſſimum ignis illius cruciatum redimendum, ſtultè agerent, ſi pęnitentiæ opera non præſtarent.

13 Præterea, tametſi, & culpam, & pœnam totam Deus indulſiſſet: non ſine rubore à caſtigãdo corpore deſiſtere poſſent: ipſa quippe miſerentis Dei bonitas immenſa, generoſis cordibus, ad labores ſubeundos, acerrimum calcar eſt; Viri enim ſanctitate clariſſimi ſeuerius poſt veniam, quàm antea corpus domuerunt.

Vlterius licèt minimè peccaſſent, ferocientem equum, ne illos in peccata præcipitet, coërcere prudentum eſt.

15 Denique, quamuis nec peccaſſent, nec peccaturi eſſent, ob ea honeſtiſſima bona, quæ corpore macerato ſpiritus parit, pęnitentiæ opus animosè ſuſcepturi eſſent.

16 Quod ad actum verò pęnitentiæ potiſſimũ, qui eſt contritio, ſpectat, ne ſcrupulis torqueãtur, nouerint, veram contritionem, non in dolore appetitus, qui ſenſu percipitur, ſed in ſeria deteſtatione

ne culpæ propter Deum,& cauendi deliberatione poſitam eſſe.

ACTVS INTERNI.

17 Miſericordiſſime Deus deteſtor peccata mea propter te, ac decerno potius interire, quàm in poſterum peccare.

18 Clementiſſime Domine iniquitatem meam, quia tibi ſoli peccaui odio habeo, & abominor: legem autem tuam diligere, nec vllo modo tranſgredi propono.

19 Execror mitiſsime Deus peccata mea, quia tibi diſplicent, & vindictam de illis pro te ſumere ſtatuo.

20 Vtinam benigniſsime Domine prius occubuiſſem, quàm peccaſſem: potiùs moriar, quàm te leuiter offendam.

21 Diſplicet mihi valdè peccatum meum, dulciſſime Deus: abſit, vt culpam vllam deinceps admittam.

22 O ſuauiſsime Deus, quis poſſet peccata prętérita proprio cruore delere: pro vniuerſis mundi bonis, ne venialem culpam committam.

23 Vtinam amantiſsime Deus, omnes inferni cruciatus potius toleraſſem, quã tibi diſplicuiſſem: potius glorię fruitione priuer, quàm te offendã.

24 Huiuſmodi actus varijs modis produci queũt: illud tamen annotandum, oportere vnà cum verbis prolatis, ſiue interius conceptis internum voluntatis motum excitari (quod pro alijs virtutibus aſſertum volumus) etſi enim quis dicat

Deteſtor Domine peccata mea, niſi interius cor à peccatis, ſicut exterius oculos à venenati ſerpentis aſpectu auertat, non erit verus actus pænitentiæ.

ACTVS EXTERNI.

25 Actuum huiuſmodi Scriptura ſacra exempla plurima profert: qualia Dauid cilicij, ac cineris peritiſsimus; & Rex Niniues cum tota vrbe ſaccis operta; qualia Magdalena in antro, & Maria Aegyptia in deſerto: qualia omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto, produnt.

26 Cum enim, niſi peccatores pęnitentiam agãt, omnes ſimul perituri ſint, & quo quis ſanctior eſt, eo ſe viliorem peccatorem opinetur, nemo à pęnitentiæ lege, opinione quoque ſua, prorſus excipitur.

27 Propter hoc igitur, quo Religio perfectior eſt, eo ſeuerius corpus exercet, ac multas carni leges imponit, quas tenaciſsimè obſeruat: qualis eſt illa noſtris receptiſsima, ne quid carni propitium ſiue ad valetudinem, ſiue ſomnum, ſiue ad veſtitum attineat (niſi neceſsitas Superiorem lateat, & alicuius momenti ſit) vnquam expoſcant.

28 Hinc ſacci ſetarum, panis tantum, & aquæ ieiunia, parciſsimus vini vſus, multa in cibo frugalitas, productiores vigiliæ, oratio nudis genibus diuturnior, acrior verberatio, ferreæ catenæ die-

bus

bus aliquot per Hebdomadas ſingulas decretis, caloris, & frigoris tolerantia, & eius generis alia permulta, quæ noſtris familiaria ſunt.

29 Hæc ſanè omnia, ad culpam vindicandam pro Deo ſuſcepta, perfectionem Monaſticam mirificè promouent: & dum internæ pœnitudinis veritatem intendunt, propriam cōſcientiam lætitia perfundunt, & ad æmulationem cum cernuntur, alios quoque ſuccendunt. Sed rationes ad pęnitudinem concipiendam, & exercendam penſitemus.

30 Prima ratio à Dei Maieſtate, cui irrogatur iniuria: Nemo eſt inter homines ſæculo deditos, qui non magnifaciat principum magnitudinem, ac turpe ducat, illis iniuriam inferre: naturalis quippe ratio dictat, indecorum eſſe ijs, quibus reuerentia maxima debetur, iniuriam irrogare: & ex ipſo naturæ lumine oritur pęnitudo quædam, quæ ad ſe demittendum, & offenſum Principem, placandum, vrget offenſorem. Quanta ergo doloris vis eſſe debeat, ob excelſiſſimam illam Maieſtatem irritatam, cui ſummus amor, ſummaq; reuerentia debetur?

31 Et quidem ratio hæc ab ipſa ducitur iniuriæ immanitate, quam ex magnitudine, ſapientia, pulchritudine, alijſque Dei perfectionibus metimur; Tanta quippe ſubliniſſimæ Diuinitatis dignitas eſt, vt quamuis nihil boni nobis præſtitiſſet, ſummo eſſet honore colenda; nam & homines dignitatem Regum exterorum, à quibus

nullum accepere beneficium, cum fortè illos vident, apprimè venerantur, culpa, ſupplicioque, niſi honorem eis deferant, non carituri.

32 Secunda ratio. At cum Diuina Maieſtas, præter eam ſuam celſitudinem infinitam, innumeris, & immenſis beneficijs nos ſibi fecerit obnoxios: quale feritatis genus erit, ex dulciſſimi, ac fideliſſimi benefactoris iniuria, dolorem minimè concipere? Nulla enim tam inculta, & barbara gens vſpiam exiſtit, quæ illos, à quibus beneficijs augetur, impenſiore gratitudine dignos non iudicet; & eorum offenſionem perhorreſcat.

33 Tertia ratio. Verùm illud apud homines inſignem vim habere videtur, quod à Regibus, alijsue Principibus expectant: ſpes quippe viros etiam illuſtres in aulis ſeneſcẽtes adeò afficit, vt ſi fortaſſe, non ita placidè Principes reſpondeãt, vel etiam aſpiciant, grauiſſimo mœrore decumbãt, & nonnunquam intereant: cum ergo potentiſſimus ille Regum Rex, peccatorem, ex quo peccauit, non comiter aſpiciat, ſed execretur (odio enim eſt ei omnis impietas) quomodo ſpe ſaltem fruſtrata, non intimo dolore corripiatur, & ad mortem vſque decumbat? Augetur rationis energia ex hominum ſceleſtorum conſuetudine: mirum eſt enim, cum peccato aliquo indignationem alicuius terreni Regis incurrunt; quomodò Regem illum mortalem fugiunt, & aliena maria, terraſque pererrantes,

tes, ad omnem ſtrepitum, Regis ſatellites ſuſpicantur: quomodo ergo, qui Regem immortalem, quem nullis nauigationibus, vel terrarum tractibus euadere poſſunt, offenderunt, domi requieſcere, ridere, ludere poſſunt? Immò quomodo illum exorare non feſtinant? quomodo mortis ſpicula ſubitanea non formidant?

34 Ratio quarta. Sed quamuis mors timenda non eſſet; ſolumque peccatoris damna, dum peccat, expendamus: dolendum eſt quàm ingentem calamitatem incurrat: præter amicitiam quippe Dei, Beatiſsimæ Virginis, Angelorum, & Sanctorum conſortia, quæ amittit, ſi animæ internam, & funeſtam deformationem contemplemur, diuinam gratiam, virtutes infuſas, Spiritus ſancti dona, ius ad gloriam ſempiternam, bonorum operum meritis partum, peccato deperdit: quo quid ærumnoſius accidere poſsit? Profectò tam infœlix caſus eſt, vt vniuerſi mundi lacrymis digne defleri, & plangi nequeat.

35 Ratio quinta. Quid de malis alijs, præter bonorum iacturam dici poſsit? Filius Dei veſte candidiſsima togatus erat; ſtatimq. ac peccat, diaboli mancipium eſt: omnis illa interna pulchritudo, quæ Dei oculos delectabat, in deformitatem intolerabilem conuertitur: & ſicut iuſtus in coelum motu quodam gratiæ natiuo ferebatur, ita peccator culpæ pondere natiuo verſus tartarum, locum ſcilicet ſuum, deprimitur;

tur;

tur, & agitatur vt corruat, velut alter Iudas, qui ſuſpendium maturauit, vt abiret in locum ſuum.

36 Cum ergo tot mala, tamque grauia inſtent: peccatorum res agitur, dum tempus poenitentiæ permittitur, admonitio enim quædam Dei eſt, qui diſtricto iuſtitiæ gladio, cum iraſcitur miſericordiæ recordatur: ſed niſi conuerſi fuerint, arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit inſtrumenta mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.

37 Ratio Sexta. Proponit Clementiſsimus Deus optionem, vt qui peccarunt præſentis vitæ poenam modicam ſubeant: vel obſtinato corde, flammis vrantur æternis: qua in re incredibile eſt, fore quempiam adeo dementem, qui modo nolit probari, ne poſtmodum reprobetur.

38 Ratio Septima. Expendant nunc fratres noſtri, quàm ſit clemens erga peccatores, qui poſtea ſeuerè puniturus eſt. Creberrimè homines ab hominibus, ob adulteria, furta, homicidia, capite plectuntur, & quod in hac vita ad homines attinet, tantundem eſt, ac ſi in nihilum redigerentur: qualis ergo miſericordiæ laus ſit, peccatorem, qui capitis pœnam æternam commeruit, ad leuiſsimam pœnam, quæ vitæ reformationem continet, inuitare?

39 Ratio Octaua. Accedit ipſius pœnitentiæ ſolatium, etſi enim nullis alijs rationibus ſponte à peccatoribus agenda foret: propter ipſam tamen,

men, quam ſuggerit ſuauitatem eſſet optanda: Verum enim eſt illud: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam; Cum enim vera pœnitudo viget, ac vitæ auſteritatem, vt iniuriam pro Deo vlciſcatur, ſubit, exoritur lætitia ſpei tunc inualeſcentis filia: cui pœna vltro quæſita dulceſcit.

40 Ratio Nona. Deinde vitiorum mali habitus, qui hominem, quaſi rubigo ferrum exedebant, vindicta pœnitentiæ reuelluntur, & anima illis compedibus ſoluta perfectionis Chriſtianę viam alacriter carpit, & omnia vitæ anteactæ damna, celeri expeditione reſarcit.

41 Ratio Decima. At enim, tametſi nulla vis argumentorum peccati vltionem perſuaderet: nullum certe Chriſtianum cor eſſe deberet, quod aſpectu Ieſu Chriſti pro peccatis noſtris aſperrimam pœnitentiam agentis nō emolliretur. Profecto cum cęderetur, conſpueretur, irrideretur, crucifigeretur, quæ non rapuit, tunc exoluebat, & adeò rigidè ſoluebat, quaſi nefariè rapuiſſet. Quare ergo moriatur iuſtus (quod nemo conſiderat) & latrones, qui eius bona diripuerunt, leuem ſaltem poenam ferre detrectent?

42 Fratres ergo noſtri, ſuam cauſam agentes, peccata præterita ſeriò deteſtantes, dolorem (quoad ex auxilio gratiæ per eos fieri poterit) concipere ſatagant: deinde fortiter dimicantes corpori ſeueras leges imponant: ut amotis culparum

vete-

veterum impedimentis, ad portum ſalutis, per acta nauigatione pertingant.

De abſtinentia, & ſobrietate. Caput. X.

1 MVlta in capitibus de Caſtitate, Paupertate, & Pœnitentia protulimus, quæ ad proprios actus abſtinentiæ, ac ſobrietatis ſpectant: nec nouo tractatu indigerent, niſi gulæ hoſtem tam infeſtum paterentur: adijciemus ergo, nonnullas obſeruationes erga virtutes has, quæ pœnitentiæ familiariſſimæ ſunt.

2 Abſtinentia eſt virtus, quæ ciborum vſum, ſicut ſobrietas potum moderatur: vtraq. eſt temperantiæ pars inſtituti Monaſtici conditoribus laudatiſſima.

3 Honeſtatẽ virtutum harum adoleſcẽtibus maximè decoram, inde conijcere poſſumus, quòd ſpiritus principatum Angelico more tuetur, dũ perenniter vigilant (quod Chriſtus conſuluit) ne corda turpi crapula, vel ebrietate grauentur.

4 Mores nimirum Angelicos affectant, vt mens inde paſtum requirat, vbi ſpiritus alitur, tametſi ad tempus corpus extenuetur.

5 Vtiles certè conatus: tanto enim pinguior mentis, quanto tenuior corporis paſtus eſt: & cum alter alterum excludat, ingens diſpendium eſſet, ſpiritu ieiuno, rudi paſtu corpus obruere:

6 Nec ſolum adeſt lucrum: ſed maior certe è ſpiritus alimento, quàm è poculentis, vel eſculentis

per-

percipitur voluptas:quæ corda puriſſima nutrit.
7 Hinc per omnem antiquitatem præclariſsimi Patres vtriuſq. teſtamenti tam exactè virtutes has coluerunt, vt pelle duntaxat, & oſsibus conſtare viderentur: quorũ tamen, in exhauſtis corporibus, robur inuictiſsimum fuit: quod plurima, & vulgatiſsima exempla demonſtrant.
8 Fratres ergo noſtri Patrum tantorum veſtigijs inſiſtentes, eam gloriam æmulentur, vt res diuinas, quarum ſtudium profitemur, corpore non impediti percipiant. Sed actus proponamus.

EXEMPLVM.

9 NOtandum gulæ concupiſcentiam, multis ſubtilitatibus, propriam voluptatem exquirere: quærit enim lauta primum: ſi ea deſint, ex ijs quæ apponuntur, explorat meliora: ſi omnia æque bona, vel non bona ſint, rem quantitate compenſat: quòd ſi quantitas modica ſit, edendi, ſeu bibendi mora, vel modo alio, qui guſtum pariat, actum illum vitæ neceſſarium vitiare contendit.
10 Propter hoc quiſq. frater ſecum ſtatuere debet, velle ſe, eam tantum eſcam, & potum aſſumere, quæ naturæ, non voluptati ſeruiant: & modum ſanctorum tenere: vt omnis feſtinatio, vel affectatio abſit, & animus communi lectione paſcatur.

11 Ve-

11\. Verum quia Concupiſcentia neceſſitatem plerumq; ſimulat, nè facile credant, niſi re experimentis probata: extra horas autem conſuetas nihil ſumere, non Monachis tantum, ſed ſæcularibus, qui frugalitatem amant, familiare eſt.

ACTVS INTERNI.

12\. TEmperatiſſime Ieſu Chriſte, decerno, eſca, & potu eò tantum vti, vt natura ad ſeruiendum tibi conſiſtat.

Nolo, mitiſsime Domine, vllam in menſa voluptatem percipere.

Abſit à me Domine, vt lauta, vel vllo modo palato ſuauia quæram.

Vellem, dulciſſime Deus, vt omnia, quæ ſumpturus ſum, abſynthium ſaperent, propter te.

Propono, amantiſsime Domine, cor à menſa ſubtrahere, ac lectioni ſacræ admouere.

Propono, Domine corpus fame, ac ſiti vexare propter te.

Vtinam, Clementiſsime Deus, quoties accumbo menſæ, portio deterrima mihi contingat.

Vtinam, benigniſsime Ieſu Chriſte, felle, quod guſtaſti, omnia mea prandia condiantur.

Huiuſmodi actus (vt cuiq. patet) ſub formis varijs produci poſſunt: ſed affectus cõmendatur.

AC-

ACTVS EXTERNI.

13 EX antiqua Patrum diſciplina conſtat, modos ad gulam necandam multos excogitari oportere: nam in re quotidiana, qualis eſt corporis nutritio, fruſtra quis ſe temperantem crederet, qui ſolos internos actus exerceret: qualis enim virtus eſt, quæ occaſione frequentiſsima non vtitur?

14 Hinc fratres noſtri, non ſolum, appoſitis meditationibus, ſanguinis, fellis, & aceti Ieſu Chriſti menſam inſtruere; ſed accuratiſsima circumſpectione, dum cibum, potumq. ſumunt, virtutem colere nituntur. Hinc è ſingulis ferculis partem aliquam Chriſto pauperi erogare. Hinc aliquoties in ſingulis prandijs, aut cænis buccellas aliquot, quibus concupiſcentia magis oblectatur, Chriſti cauſa relinquere. Hinc vino parciſsime vti: Hinc certam ſibi panis, & potus quantitatem præfigere: Hinc fructibus benè olentibus, & gulam irritantibus, per dies aliquot, veſci nolle. Hinc pulmento, modicam aquam ad extinguendum ſaporem, interdum infundere: Hinc pulueres abſynthij, vel alicuius rei amaræ leuiter inſpergere. Hinc dum accumbitur menſæ cilicium, vel catenam corpori aſtringere, vel pedem alterum è terra per interualla ſubleuare, ut moleſtia corporis, cibi, & potus guſtum excludat.

15 Hæc,

15 Hæc, & alia permulta, quæ ſalutis æternæ deſiderium ſuggerit, pro captu cuiuſq. ad abſtinentiam, ſobrietatemq. parandam, obſeruanda ſunt: nec ſi prælia importuna inſtent, ab honeſto propoſito deſiſtendum eſt: quòd his rationibus perſuaderi videtur.

16 Homines, qui belluarum ritu propriæ carni nimis indulgent: cum à medicis victus ratio preſcribitur, mirum eſt, quàm rigidè pareant; vt parui momenti ſanitatem acquirant, vel præſeruent: quare ergo pro cordis ſanitate paranda, vel augenda Ieſu Chriſti famuli præſcriptã à Sanctiſſimis Patribus victus menſuram, non teneant: vt æterna ſalute lætentur?

17 Certè qui ſtudijs humanarum ſcientiarum impensè vacant, capitis offuſcationem veriti, frugalitatem cum famis, ac ſitis patientia colũt, vt peritiores euadant: cur ergo, qui cœleſti ſtudent ſapientiæ, quæ ſine temperantia non paratur, à gulæ voluptatibus non libenter abſtineant?.

18 Deinde, natiuum eſt homini ratione vti, nemoq. adeo inſanus eſt, vt non potius vellet oculis corporeis, quàm intellectus vſu carere: erit ergo ad hominis ingenium, quod ad intellectus vſuram non qualemcunq. ſed inſigniter perſpicacem confert, amare, ac pro virili ſua, præſtare. Exploratum eſt autem, homines gulæ deditos in dies ſingulos magis hebetari, & rudiores effici: contra verò temperantes in quadam

iugi

iugi mentis vigilia rebus diuinis opportuniſſima vaporibus non obturbata perdurare.

19 Præterea, quid turpius Monacho ad Angelorum menſam inuitato, quàm belluarum pabulo ſic affici, vt ibi cor defigat? etenim non ab Angelis tantum deſpicitur; ſed quaſi ſtatu, quem elegit indignus, magnam omnium ſibi conflat inuidiam: non enim veri Religioſi ab homine ventri dedito poſſunt non abhorrere.

20 Sed & ipſe Clementiſſimus Deus huiuſmodi homines vehementer odit; vt electi populi exemplo, ad terrorem, vulgatiſſimo ſatis oſtendit; quando poſtquàm pluit ſuper eum, ſicut puluerem, carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata, iratus eſt valde: adhuc enim eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos: & occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit.

21 Profectò Monachi voraces ad Eſau poſteritatem pertinent, qui eſca vna vendidit ſacra primogenita: adoptauit quippe illos Deus in ſortem Iſrael primogeniti populi ſui, cum è millibus ſæcularium eos elegit: ipſi verò ſacra non curant, & pro ingluuie, Dei præſentiam, orationem, deuotionem, mentis puritatem, & alia primogenitorum priuilegia vendunt.

22 Et quidem eò magis horum profectus deſperandus eſt, quò minus admonitiones ſuperiorũ,

K &re-

& rerum ſpiritualium doctrinam percipiunt: etſi enim communibus Chori, Capituli, & Oratorij, actibus eos intereſſe oporteat, tantundem eſt, ac ſi abeſſent; cum affectus eò feratur, vbi, non animus, ſed concupiſcentia paſcitur.

23 At verò Religioſi temperantes, fęliciter progrediuntur: actibus enim ad profectum deſtinatis, non interpellati vacant, & vegetiores inde prodeunt: ſunt vigiles, prudentes, comes, & omnibus omnia fiunt: inter omnes autem dotes caſtitate candidius nitent: ſicut enim gula obſcęnitatis, ita & abſtinentia caſtitatis ſeminarium eſt.

24 Verum, quid de ſuauitate paſtus interni, qui pro externi ſubtractione ſuccedit aſſeremus? illud profectò temperātibus euenire videtur, quod ipſi frugalitatis exemplari noſtro Ieſu Chriſto poſt quadraginta dierum ieiunium accidit, cum acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. Sic enim Clementiſsimus Deus, eos, qui à dapibus terrenis, vt ipſi vacent, abhorrent, lauto conuiuio ſolari conſueuit.

25 Ceterum ex hiſtoria modò facta petitur ratio ad exquirendas virtutes has efficacissima: victus enim tam Ieſu Chriſti D. N. quàm Beatiſsimæ Virginis, quamdiu inter mortales vixerunt, quid aliud, quàm perennis abſtinentiæ, ac ſobrietatis cultus fuit? Omnia ſanè hoc exemplo complectimur: nam quod de Apoſtolis ſpicas præ fame vellentibus, quod de multis Eremitis abſti

nentiæ

nentiæ laude, vſque ad miraculum, commendatis, accepimus; minus quiddam, quamquam, ſi cum ignauia noſtra comparetur, per ſe maximum eſt.

26 Certent igitur fratres noſtri à probata Chriſto victus norma minimè deſciſcere, vt mente in Deum ſublata, mentis, & corporis puritatem tueantur, & Chriſtianæ perfectionis viam velociſsimè percurrant.

De Humilitate. Cap. XI.

1 Nihil ijs, qui peccatorum ſeriò pęnitent, ac infenſum Deum exorare cupiunt altiſsima Chriſti humilitate compendioſius eſt: quod multis parabolis, & hiſtorijs Scripturæ ſacræ conuincitur.

2 Eſt autem humilitas virtus, qua coercetur animus, ne ad ſe altiora feratur; & licèt in Iraſcibili exiſtat, temperantiæ pars, & virtus per ſe clariſsima eſt.

3 Quàm verò ſit hæc virtus excelſa, quàm compendioſa, quàm ſuauis, nemo eſt, qui poſsit ignorare: licet enim eius vim planè diuinam non omnes calleant: ſunt tamen adeò celebria eius encomia, quæ ſcriptis, & verbis ab ineunte Chriſti Eccleſia, ad hunc vſque diem perſonuerunt; vt maximi cuiuſdam boni præſtantiam ſub humilitatis nomine, ab vniuerſis hominibus concipi oporteat.

4 Virtus Chriſtiana eſt,& vel ex eo capite illuſtriſſima, cuius celſitudinem nulla Ethnicorum Philoſophorum gymnaſia æquare potuerunt: ſola Ieſu Chriſti ſchola rem tantam edocuit, quæ pronos olim ad terram homines, ad cælos euexit.

5 Quapropter iam hinc fratres noſtri nobiliſſimæ virtutis huius pulchritudinem noſſe deſiderent; vt auidè ſpectatam ardentius ament; ac bona proculdubio immenſa, illius cultu conquirãt.

6 Eximiam ſanè oportet eſſe pulchritudinem; quæ cor Dei mirificè delectat,& ad ſua vota ſuauiſſime trahit: quam profectò energiam humilitatis eſſe propriam ſacris oraculis teſtatiſſimum eſt: nemo enim vnquam, ſe ex animo demiſit, quem Clementiſſimus Deus, velut moræ impatiens, non ſtatim amaret,& è puluere ſuſcitaret; quamuis peccator ſceleſtiſſimus extitiſſet: quod vel illa dulciſſima filij prodigi parabola liquet: nihil enim filius ille alienus è ſubſtantia tota ſecum referebat: ægrotus, tabidus, deformis, lacer reuertebatur: ſola tamen cordis afflicti demiſſione Dei cor è veſtigio flexit.

7 Nec vtilitas vlla maior accidere potuit, quàm poſt ampliſſimam opulentiã diſſipatam, ſuſpirio vno, cæleſte regnũ, quod aſpicere non audebat, citò lucrari: quid enim (hoc excepto lucro) prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur? Porrò à mundo condito; ars nulla tam lucroſa ab hominibus inuenta eſt, quàm imis radicibus humilitas defixa: ob quam Pater amantiſſimus calceamentis,

mentis, annulo, ſtola prima, & regalibus ornamentis, inſtructum filium, locupletius, quàm ante diſceſſum, ditare feſtinat.

8 Qualia verò ſuccedant oblectamenta: vbi ſaginatus vitulus, & altilia multa, menſæ lautiſſimæ inferuntur, & ſymphonia certè ſuauiſſima corda permulcet? Nequit enim vllis eloquentiæ viribus explicari, quot quantaque ſint interna hominis ſe demittentis gaudia. Quid enim ſentiat, cum propter admiſſa peccata ſe contrahere, ac in tartarum quaſi detrudere nititur; contra verò amantiſſimus Deus accurrit, amplectitur, & bono animo eſſe iubet?

9 Bene norunt, qui diuina pertractant, inæſtimabilia, eſſe Dei oblectamenta: ſed cum præter opinionem animo vilia de ſe cogitanti vberius indulgentur, ſtupore quodam miro ſuſpendunt: nec animus illa capere poſſe videtur.

10 Cum ergo dulciſſimæ virtutis huius ſit tanta fœcunditas, æquum erit, fratres noſtros, eius decore capi, &, per labores quoque grauiores, de illa perquirenda cogitare: ſed actus afferamus.

EXEMPLVM.

11 PErpendendum eſt: Regulam illius demiſſionis animi, quæ propriè eſt humilitas, eſſe propriæ fragilitatis cognitionem: ac propterea

duo ad hanc virtutem requiri, intellectum ſcilicet verum, & purgatum affectum.

12 Debet enim quiſque, ex propria fragilitate, potiſsimumque ex peccatis admiſsis, ſe dimittere: ac de proximo ſuo, in quo vel peccata ſimilia nō dignoſcit, vel ſi qualia ipſe beneficia recepiſſet ex peccatore iuſtior eſſet, meliora quàm de ſe ipſo, animo concipere.

13 Nec tamen, ex hoc, ea Dei dona, quibus auctus eſt, paruipendere, ſed quaſi rem ſe meliorem gratis datam, & fortaſſe ob ingratitudinem, & abuſum amittendam, æſtimare. Deprimunt enim animum, velut grauiſsima pondera, Dei munera: & ex hoc capite bonos eorum exploratores degrauant, & rubore ſuffundunt.

14 Gradus autem humilitatis à Patribus variè deſignantur: poſſunt tamen, perſpicuitatis gratia ad hos reduci: ex parte materiæ, ad ſummiſſionem, qua quis maioribus, qua æqualibus, qua inferioribus, qua vniuerſis etiam ſceleſtiſsimis ſe ſubijcit: qui ſunt quatuor gradus, obſeruata ſerie, vſque ad quartum, qui omnium ſupremus eſt, aſcendentes.

15 Verùm, quia demiſsio hæc potiùs ad exercitium, quo paratur, quàm ad virtutis ipſius genus ſpectat: altera diuiſio, quam à forma nuncupare licet, huic annectenda eſt: cuius primus gradus eſt, credere alios eſſe meliores: ſecundus, velle, vt alij quoque idem credant: tertius, velle, vt alij cum ipſo quaſi cum inferiore ignominiosè

agant: quartus, cum ſic agunt, eum deſpectum patienter ferre: quintus, illo contemptu lætari, & contemptores amare.

16 Poſtremus gradus hic ſublimiſsimus eſt; & cũ ad eum animus peruenit, incredibile eſt, quàm immenſa diuini amoris incrementa pariat: annotandum tamen imperfectis adhuc, immò, & recenter ad Deum conuerſis, præ ſenſu internę ſuauitatis accidere, vt quos ſibi culpas exprobrare vident, ardentius amare videantur: at affectio illa non eſt humilitas hæc, quæ prouectorum eſt propria: ſed ſimilitudo quædam, præterquam, quod innatum eſt homini, cum lætus eſt, ignominijs, quæ amarum animum exaſperant, non valde commoueri. Sed actus proferamus.

ACTVS INTERNI.

17 MItiſsime Ieſu Chriſte, profiteor coram te eſſe me vniuerſorum hominum viliſsimum.

Nemo eſt, benigniſsime Domine, tam tibi ingratus, & infidelis, ac ego.

Latrones ipſi, & ſacrilegi, ò miſericordiſsime Domine perfectius tibi famularentur, ſi eos, ac me, tot, & tantis beneficijs affeciſſes.

Nihil noui, neque amo, Clementiſsime Domine, niſi terram: & propterea non ſum dignus aſpicere cælum, ne dum ingredi.

Animalia omnia, pro captu ſuo, Domine, tibi

appropinquant: ſolus ego infinita vitæ meæ turpitudine à te recedo.

Deformior certè ſum, Domine, ob culpas meas, omnibus leproſis; & vlceroſis; qui ſanie fluunt.

Profectò, pijſſime Deus, ego deberem in ſterquilinio iacere, à ceterorum hominum conuictu ſequeſtratus; ne illos peccatorum contagijs inquinarem.

Abſit à me Domine, vt velim ambulare in magnis, vel mirabilibus ſuper me.

Vtinam, æquiſſime Deus, vniuerſi homines cognoſcerent vilitatem meam, & deſpicerent me.

Vtinam multis ignominijs exprobrarent mihi homines indignitatem meam Domine, vt ſpernerer propter te.

18 Actus hi perducendi ſunt, animo enitente vilia de ſe opinari, ac iuxta eum ſenſum optante, qualia commeruit, ab hominibus recipere: ſed actus externos depromamus.

Ponendum eſt, omnes mundi totius vilitates, inopiam, lepram, infamiam, publica ſupplicia, & quidquid ad dedecus vnquam orbe toto inuentum eſt, hominem non ita contemptione dignū reddere, ac vna ſaltem culpa, quo ad Dei, & verorum ſapientum ſententiam, deſpicabilem efficit: nec in hoc ſanè, apud expenſores prudentes maior eſſe poteſt controuerſia, quàm erga poſitum hoc: Duo bis ducta ſunt quatuor: Ex quo efficitur, vt is, cui propriorum ſcelerum affulſit vera

ra cognitio, ſe tam contemptu dignum exiſtimet; vt omnino ſibi perſuadeat, æquum eſſe, ab alijs ſperni: alioſq. pro Deo ſtare, cum illum aſpernantur. Quin etiam honorari erubeſcit; quemadmodum, qui cum pannoſus, & elephantiaſi conſperſus ſit, veſte Regis purpurea indueretur.

19 Hoc ergo de ſe opinari Fratres noſtri conentur: & ex hoc propriæ abiectionis iudicio in actus externos ad hanc virtutem colendam appoſitos, incumbant. cuiuſmodi ſunt: in Refectorio, ſiue Oratorio, culpas ſuas, vt corripiantur, aperire: cum per Obedientiam licet, viliora miniſteria exercere. Aliorum lauare pedes: ſordidas veſtes ſeu vaſa mundare: cum opus vnum à multis efficiendum eſt, locum poſtremum eligere: alijs obuijs caput cum multa demiſſione aperire. Loquentibus attentum auditum, & animum facilem præſtare: dicentibus quidquam minimè contradicere: ſi contradicant, confeſtim cedere: quæ alij dicunt, aut efficiunt magnifacere: cum occaſio fert, aliorum facta commendare: quæ contemptibilia videntur neutiquam ſpernere: totius corporis geſtu mitem animum, vt potè alijs non repugnaturum exhibere: quæ in ſe honorifica ſunt, vt ingenium, genus, litteratura, (quoad per Charitatem licet) occultare: quæ de ſe ad deſpectum dici poſſunt, vt ruditas, tarditas, inertia facile detegere: morem illum Superiorem, ac Magiſtrum flexis genibus alloquendi, ſeq. quo-

ties:

ties laudantur, ſiue vituperantur proſternendi tueri: aliaq. plurima, quæ animi tantæ virtutis cupidi paſsim deprehendent.

20 Nec in hoc rerum genere Fratres noſtros errare decet, cum actus hos appetitui validè aduerſantes, non ſine moleſtia, & difficultate, ſe proferre conſpiciunt: hæc enim via militaris eſt: nec ſine arduitatis victoria ſereniſsimam humilitatis pacem comparabunt. Et quod in hoc bello durum modo videtur, merito prætioſiſsimo repenſatur: qua de re, non eſt rationi conſonum, uirtutis tantæ propoſitum, ob aſsiduas congreſsiones, vllo modo deponere: quod & adiunctis rationibus confirmamus.

21 Homines, quo ſunt ambitioſiores, eo ſe alijs indignius dimittunt, & mille ritibus, & geſtibus animos ſupplices in aulis oſtentant; vt parent honorem: quia ſibi perſuaſere, vt voti compotes fiant, hanc eſſe viam omnium appoſitiſſimam: cur ergo, cum oraculo Dei acceptum ſit (omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur) qui ad honores æternos aſpirant, non ſe alijs ſtudioſiſſimè ſubmittant?

22 Rurſus, homines auari, ſtudio auri feruentiſſimo patria excedentes, vbi nobilitate ſunt conſpicui, commigrant in exteras regiones, & omne faſtum præcidentes, victu tenui, veſte non ſerica, operibus non liberalibus ſe per annos multos, quaſi ſeruitute damnant, vt diteſcant: Erit ergo

pru-

prudens conſilium, quos Deus opibus immenſis aucturus eſt, in hoc regno peregrino, cor humile gerere, & omni propriæ exiſtimationis pompa ſecluſa, compendio tanto ditari.

3 Deinde indecorum eſt homini plebeio, veſte auro texta indui, nec ſine rubore in publicum prodiret indutus: quale igitur ignominiæ genus erit, Monachum, qui mundi contemptum interno propoſito, & externa veſte profitetur, poſita veſte plebeia, ſuperbiæ faſtum aſſumere? Profectò deforme monſtrum eſt: & ſub ea veſte viliſſima, elatus animus non perſeuerabit.

4 Præterea nemo eſt tam ſibi contrarius, qui ab alijs amari nolit: omnes quippe regnare cupiũt. & adeo cupiunt, vt (quod prouerbio dicitur) ſi peccandum, pro regno quidem; regnum autem, quo quis aliorum cordibus imperat, omnium optabiliſsimum eſt; & regnorum regnum appellari poteſt; quia Regibus quoq. dominatur, qui cordibus potitur. Cum ergo (experientia quotidiana teſte) qui humilis eſt, iucundiſsimo quodam imperio aliorum, à quibus impenſiſsimè amatur, animis principetur; neſcio ſanè, quomodo uirtutem hanc non colit orbis uniuerſus.

5 Vis rationis huius à multis capitibus amplificari poteſt: humilis quippe animus, cum alios ſe meliores exiſtimet, omnia eis bona, ſiue honeſta, ſiue utilia, ſiue delectabilia potius quàm ſibi deberi credit: item cum ſe uituperatione dignum opinetur, opprobria, incommoda, dolo-

res,

res, ſibi vendicat: vnde illa, quæ alij oderunt libenter accipit: quæ alij amant, libenter concedit: quo ergo pacto ſi alijs bona ſibi mala tribuit inter humilem, & alios poterit oriri diſcordia, cum cauſa nulla ſubſit? Quod ſi concordia viget, humilem amari, ac proinde cordium dominum eſſe neceſſe eſt.

26 Et quidem, non cordibus hominum tantum, ſed (humanum dicimus) cordi quoque Dulciſſimi Dei, ſic vir humilis hæret, vt quodammodo dominetur: quid eſt enim aliud dominari, quàm poſſe, quod velis, alioſque trahere quò vis? Conſtat autem humilem animum à Clementiſſimo Deo ſic amari, vt ad eius nutum, mundi totius molem velle moderari videatur. Profectò exemplis hoc illuſtriſſimis patet.

27 Quid non præſtitit Dauidi ad nutum, quando ſuſtulit eum de gregibus ouium, & de poſt fœtantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam? Dauidi inquam, qui coram arca fœderis Domini, expoliaturus erat ſe, & ex animi demiſsione dicturus: Viuit Dominus, quia ludam, & vilior fiam: & humilis ero in oculis meis?

28 Quid non humillimo Franciſco in fœdere nouo, indulſit, cui genere quodam amoris inaudito, ſemetipſum, inflictis amoris vulneribus, impreſsit? Profectò impreſsionem hanc mundo vniuerſo laudatiſsimam, humilitatis efficacitas videtur obtinuiſſe.

29 Hic

29 Hic autem expend (ſi liceret) opportunum eſſet, quàm ſint ineffabilia humilium gaudia, quæ amantiſsimus Deus infundit: quomodo ſibi eos adſtringit, quomodo illabitur, quomodo ſibi configurat.

30 At verò non eſt opus rationes alias corradere, & ad hauriendam è tenuibus riuis aquam, ab humilitatis fonte diuertere: notum eſt enim illud: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*: à me, inquit, quaſi diceret; à me, qui ſapientiæ huius idoneus præceptor ſum, Rectè quidem: quia cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſe formam ſerui accipiens: Quare ergo ſerui, per humilitatis cultum, non aſſurgant ad conſortium formæ Dei?

31 Quàm tempeſtiue fratribus noſtris acciderer ex ore Ieſu Chriſti, poſt pedum lotionem, ſedentis audire: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis; ſum etenim: Si ergo ego Dominus, & Magiſter laui pedes veſtros: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

32 Verum quamuis hoc infinitę nobilitatis exemplar nobis deeſſet, ijs tamen, qui in clauſtra Virgini ſacra ſe abdidere, ſatis eſſe deberet filia Sion, & prudentiſsima Virgo; quæ cum tota formoſa, & ſuauis eſſet, & eam Reginæ laudarent; profundiſsimā humilitatis abyſſum, quaſi huius lucis vſura indigna eſſet, ſui cognitione, ac mitiſ-

ſimi

ſimi cordis demiſsione penetrauit.

33 Hæc nota filij ſui primogeniti, quem pannis inuoluit; hæc quoq. filiorum ſecundo, & uirgineo partu genitorum nota eſt; illius ut docentis, horum quaſi diſcentium, ut ſint humiles corde, ut inueniant requiem fatigatis animabus ſuis, dum ſalutari humilitatis aura recreantur: & futuram inquirunt.

34 Hæc nota ciuium dulciſsimæ Hieruſalem, quorum nomina ſcripta ſunt in libro uitæ: qui ſuperbæ Babylonis faſtum abiurarunt, & per ſui deſpectum, regnum cœlorum, quod uim patitur, uiolenti rapuerunt.

35 Fratres ergo noſtri, puriſsimæ ac humiliſsimæ Virginis proles, à Parente tanta minime degeneraturi, tametſi uirtutum omnium partes explere debeant; hac tamen eximia, & reliquarum cuſtode virtute curent eſſe conſpicui: ſic enim breuius, quàm ſine experimētis crederent, futuræ foelicitatis primordia quædam guſtu pacis, quæ ſuperat omnem ſenſum, in hac valle perquirent.

De Manſuetudine. *Caput.* *X I I.*

1 MAnſuetudo, quæ inter partes temperantiæ recenſetur, eſt virtus, quæ moderatur iram, & proindè in Iraſcibili ſedem habet; ac fere paſſionis illius ardorem extinguit: vndè laudem profectò ſummum promeretur. Videtur autem

tem

tem(quod ad ordinem attinet) humilitati omnino ſocianda manſuetudo, cum à Chriſto ſimul commendata fuerit: vbi dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

2 Cum autem manſuetudo, iuxta rationis præſcripta iram, quæ inter paſſiones aſperrima eſt, moderetur, merito eius ingenium inter virtutes vniuerſas ſingulari ſuauitate videtur affluere, pręter alia innumera bona,quibus hominē auget.

3 Et quidem neminem fugit,animos mites alijs gratiſsimos, & iucundiſſimos eſſe: vt pote, qui alios tantum abeſt, vt lædere velint, vt læſiones potius ſine reniſu excipientes, ipſis læſoribus vultum hilarem pro vulneribus reddant.

4 Nec vulnera ſolum libenter admittunt, ſed nouis damnis expoſiti nihil ſe repugnaturos oſtendunt: donec virtutis huius ineffabili ſuauitate alienæ iracundiæ furorem extinguunt.

5 Ex quo ſatis liquet, quanta ſit Chriſtianæ manſuetudinis honeſtas: quæ dum alij rationis metas prætergreſſi in ferarum naturam degenerant, decorem immota ſeruat; & quodam immortalitatis genere, inter ipſa vulnera intemerata perdurat.

6 Hinc efficitur, vt aliquid homine altius vir mitis habere videatur; qui euentibus ijs, quibus cor humanum acrius extimulatur, tangi non poſſit, quaſi coeleſtem ſtatum fuerit aſſecutus: ſicut enim aëre nebulis,nubibus,turbinibus, tonitruis, fulminibus agitato, ſuperior coeli ſereni-

renitas intacta perſiſtit: ita mitis animus, vltra omnem mundi perturbationem elatus, nullis terremotibus, ſiue rerum humanarum agitationibus, vllam tranquillitatis iacturam patitur.

8 Ex quo etiam patere poteſt, quàm ſit ingens huius virtutis lucrum: ius quippe ad illam hereditatem habet, quæ nullis perturbationibus deteri, vel concuti poſſit: ſcriptum eſt enim: Manſueti autem hereditabunt terram; & vt omnis belli ſuſpicio auferretur, additum eſt; Et delectabuntur in multitudine pacis: vt quod de florentiſsimo Salomonis cognomento Pacifici regno dicitur, de animo quouis manſueto afferatur: nullo ſcilicet armorum ſtrepitu interturbari.

9 Nec pax effœta eſt: immò delectationum diuinarum multiplici fœtu diues: propterea quippe dicitur: Delectabuntur in multitudine pacis: mirum eſt enim, ad ſolatia diuina percipienda, quàm ſit opportuna manſuetudo: excludit enim omnia, quibus ab ea tranquilliſsima fruitione poterat præpediri.

10 Fratres ergo noſtri tantorum bonorum cupidi virtuti huic ſe accurratiſsimè dedant, & ſtatum cæleſtem, vt Monachos decet, manſuetudine repræſentent; ſed actus proponamus.

EXEM-

EXEMPLVM.

11 NOtandum eſt, quoſdam eſſe homines naturali conſtitutione ſic affectos, vt ſint ad excandeſcentiam velociſſimi; alios vero è contrario, lentiſſimos eſſe: quod & de virtutibus alijs, vt de ipſa humilitate proximo capite tractata, ſentiendum eſt: nonnullos enim excellentiæ propriç ſenſus celerrimus, & ſubtiliſſimus torquet; alios verò parum mouet; quod exemplis quotidianis intuemur.

12 Virtutis ergo cuiuſlibet cultura in incipientibus, ibi potiſſimùm laude digna eſt, vbi contrarius affectus valide repugnat: nam qualis generoſitas eſt, eam virtutem colere, pro qua nullum prælium committendum ſit? Dictum eſt autem de incipientibus: nam ſi de prouectis ſermo fiat: perfectior ſanè virtus quælibet erit, quæ poſt agones, nullis iam prælijs tentata quieuit.

13 Quod eò conducet, vt iuniores fratres, nec alios temerè iudicent, nec vero ſe, ſi minimè tentantur, alijs anteponant: maior quippe profectus eſt eorum, qui corruptç naturç habitudine, ad vitia proni, nunc iræ, nunc ſuperbiæ, nunc inuidiæ ſtimulis vrgentur, & reſiſtunt, tametſi culpas aliquot interdum admittant, quàm illorum, qui ab his tentamentis immunes meliores eſſe videtur.

Annotandũ, totidé eſſe patiẽtiæ quot manſuetudinis gradus.

14 Annotandum prçterea, manſuetudinis gradus diuersè concipi poſſe: ſed ad quinque perſpicuè

L redu-

reducuntur: primus eſt, eum qui læditur, commoueri, ſed iræ impetum cum mœſtitia reprimere: ſecundus commoueri quidem, at ſine mœrore, impetum compeſcere: tertius, ob anteactas iræ victorias non commoueri: quartus, ob ſpirituale ſuum bonum lætari: quintus, cum obliuione ſui, ex proximi lædentis damno dolorem, compaſſionemq; concipere. Hinc ergo quiſque de ſe iudicium ferre poterit, quos in hac virtute progreſſus fecerit.

ACTVS INTERNI.

15 MAnſuetiſſime Ieſu Chriſte, certiſſime ſtatuo, quoties læſus fuero, me quaſi agnum coram tondente futurum.

Dulciſſime Domine, ſi pungar, & importunè tenter, dono tuo, læſoribus arridebo.

Suauiſſime Deus, etiam ſi expolier, ac cędar ab inferiore quouis, amoris ſigna exhibebo.

Clementiſſime Domine, abſit à me, vt ob vllum damnum, contra amabiliſſimos proximos meos excandeſcam.

Mitiſſime fili Dei, ſi quis me tentauerit, lætabor ſuper exercitia illa, ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Benigniſſime Domine, ſi quando vexatus à proximo fuero, obliuiſcar mei, & compatiar illi, propter te.

16 Actus hi ex animo prodire debent: at tunc

præ-

præſertim, cum frater aliquis experimentis multis notauit, alium quempiam, contrarijs opinionibus, increpationibus, aut alijs eiuſmodi actibus ſibi infeſtum eſſe: tunc enim veriores actus patientiæ, ac manſuetudinis exiſtunt: quia paſſim animus exercetur: quod ſanè ſine culpa exercentis vel ob incogitantiam, vel ob naturalem antipathiam (ne quis nouus frater erret) accidere ſolet, Deo eiuſmodi certamina in clauſtris ad profectum prouidente.

ACTVS EXTERNI.

17 AD Chriſtianæ perfectionis lucra, & decorem domus Dei non ſatis eſt, ſi quis proximo lædenti non ſuccenſeat, vel ob ſpirituale bonum lætetur, vel irritanti compatiatur; ſi eos bonos animi motus intra ſe frater manſuetus ita contineat, vt mœrore, aut iram, ad tempus, differre vel conſeruare videatur: qua in re, nonnunquam per imprudentiam peccatur.

18 Opera ergo danda eſt, vt manſuetudo irati proximi medicina ſit: quapropter ita vultus, & totius corporis geſtus, quem læſor intuetur, temperandus eſt; vt ille ſibi perſuadeat, nihil amaritudinis latere: hinc reſponſio mollis, quæ frangit iram: hinc riſus modeſtus, & placidus: hinc deprecatio culpæ: hinc emendationis promiſſio: hinc corporis proſtratio: hinc, cum proximo diſplicet, ſermo, inceſſus, ſeſſio, & eiuſmodi alia,

earum actionum correctio, aliaq. permulta; quę, pro varijs proximorum ingenijs omittenda, vel admittenda ſunt.

19 Nec ſane fas eſt ad ſuauiſſimæ virtutis huius cultum fratres noſtros ignauia torpeſcere, quaſi auſterior diſciplina ſit, & frequentia tentationũ immineat: quin potius, eò fortius, æquũ eſt, dimicare, quò bella imminẽt plura, & maius pacis bonũ expectatur; quod ſubiectis rõibus ſtabilimus.

20 Nihil in orbe frequentius, quàm alterna conuiuia: nihil in aulis, vbi ſenſus honoris ſubtilior eſt, crebriùs accidit, quàm iniuriarum per nutus, verba, & actus, irrogatio: & tamen quo quis nobilior eſt, & honoris ac lucri expectatio maior; eo patientius aduerſa ferre diſcit: ne cum dedecore negotijs gerendis, vbi mille moleſtiæ perferuntur, ineptus videatur, vel loco excidat: quare ergo domeſtici Dei, qui ad lucra, & honores æternos aſpirant, iram reprimere, pacatum cor præferre, ac proximis mites eſſe non curent?

21 Profectò cum mitibus terræ viuentium honorifica poſſeſſio promiſſa ſit, per illa verba; Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: ſtultiſſimè agent quicũque ob ingruentes occaſiones, ab opulentia tãta quærenda deſiſtent: quid enim boni eis euenire poſſit, qui ad hæreditatem illam adeundam, ſe comparare non curant?

22 Verum, licet iura Ciuitatis Dei manſuetis cordibus non eſſent obuentura: ipſo tamen virtu-

tis

tis huius præſenti bono ita capi deberent, vt ab eiùs ſtudio dimoueri nequirent: quod hac neruoſa ratione conficimus: Omnia pacem amant: nec vlla tam immanis fera eſt, quæ pace non delectetur: leones quippe, tigres, vrſi, pugnas nunquam ſuſciperent, niſi tranquillo prædæ captæ paſtu (quæ ſua pax eſt) traherentur: homines verò, qui feris peiores eſſe ſolent, puta, pyratæ, ac homicidæ, ipſis irruptionibus, & hominum cædibus, ſpoliorum tranquillam fruitionem affectant: quin etiam dæmones ipſi, dum homines inuadunt, & in tartarum detrudunt, id rabidè cupiunt, vt ijs prædis, ſi fieri poſſet, ſaturentur, quæ pax eis optatiſſima eſt: cum ergo pyratæ, homicidæ, dæmones, quorum ſors diſcordia eſt, pacem auidiſſimè inſequantur: qualis erit dementia eorum, qui filij Dei ſunt, & pacifici propterea eſſe debent, vt, cum ſine contentionis prælio, & ſine vindictæ præda pace manſuetudinis frui poſſint, eam non ſtudioſiſsimè perquirant? Etenim Imperatores, qui ſine ſanguine, vrbes ceperunt, clariores, quàm alij, victorias reportarunt.

23 Sed quid de illo Dei oblectamento dicemus, quod è parta manſuetudinis pace ſuboritur? Pax quippe illa, & tuta cordis ſerenitas, inſtar quieſcentis aquæ cæleſtia ſimulachra Dei ſe iucūdiſſime quaſi ſpectantis repræſentat: dum hominem inter virtutes omnes mentis compotē inſigniter efficit: vnde gaudia cumulata ſuccreſcunt, contra verò iracundum cor multis motibus perturbatū

influxus cœleſtes intercidit, aut repellit. Erit ergo è re noſtra mitem animum, quaſi cæli ſpeculum gerere, ac rerum cæleſtium noticia delectari.

24 At qui cæleſtia non vſque adeo æſtimare noſſet, ex hominum affectu manſuetudinis bonum ponderare valeret: vix enim dici poſsit, quàm leniter, ac efficaciter ea virtus corda trahat: ſicut enim corpora mollia contrectare, aſpera ne attingere quidem natura vellet: ita hominis ratio mites animos amplecti, ſed iracundis ne appropinquare certè vult, ſic in cœtibus virorum, quos ad iram procliues ceteri norunt, quaſi herinaceos refugiunt: mites verò ſemper adeſſe, ſecum agere, conuiuere cupiunt.

25 Vt vero quid altius natura promamus; nemo tam ferus eſt, qui cum alium & irritari, & pro malis bona rependere, placido vultu offenſori ſubridere videt, non totis viſceribus commoueatur, & virtutis huius amore digniſsimæ vim, ac ſuauitatem ſentiat, & admiretur.

26 Verumtamen vno ſaltem exemplo famoſiſsimo rem hanc euincamus: norunt vniuerſi Chriſtiani Saulem illum regem Iſraelis infœlicem ſæpe quidem, ſed bis ardentius, quàm aliàs quaſi phrenitide correptũ, armatis militibus ſeptum, ex vrbe, ad inueſtigandum Dauidem etiam inter rupes abruptas, quæ ſolis ibicibus peruia ſunt, prodijſſe: & in altero euentu, chlamydis oram in antro fuiſſe præciſam, in altero, haſtam, & vr-

ceum dormienti regi ſublatam: nec vllo vulnere, cum facile poſſet, à iuuene mitiſsimo læſum, nedum necatum: quod ille, vt reſciuit, vt erat ferus, obſtupuit.

27 Poſtquam enim ex antro egreſſus, & aliquantum progreſſus Dauidis orã oſtendentis vocem, opusq. percepit; & poſtquam excitatus, Dauidem ipſum tenerrimo affectu è regione clamantem, haſtamque, qua interimi potuit, & vrceum offerentem audiuit; manſuetudini tantæ reluctari non valens in lachrymas, virtutis huius non ſuæ teſtes, emollitus prorupit. Profectò cor illud adamante durius erat: ſanguinem ſitiebat: ad necem feſtinabat: militum agmen inſtruxerat: & tamen fractus animo fuit: fleuit: Dauidem ad tempus amauit: & exarmatus ſola Dauidis manſuetudine vrbem repetiuit. Quid ergo in animis non efferatis manſuetudo non efficit?

28 Sed enim, quid opus eſt exempla minus fortia, quàm quæ præbuit Verbum caro factum afferre? nam præterquam quòd manſuetiſſimus Dei filius ad ſuauiſſimi, ac ſupremi magiſterij ſui laudem, dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum; plura operibus, quàm verbis, & efficaciora propoſuit. Certè tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt; & cum cæderetur non aperuit os ſuum: & cum frementes vituli multi circumdarent eum, & innoxio eius cruore paſcerentur, nunquam vllum è ſæuiſsimis latronibus illis toruè ſaltẽ aſpexit. At hæc ineffabilia ſunt: illa tamen duo mi-

tiſsimi animi reſponſa commemorare decet: illud, Cur me cedis? quando miniſter ille ſatanicus alapam impegit: & illud: Amice ad quid veniſti? quādo lupus ille crudelis paulo ante Apoſtolus, oſculum in horto venenatum impreſsit? campus latiſsimus eſt: qui poteſt capere, capiat.

29 Ceterum ſtatus noſtri peculiari quadam ratione Beatiſsimæ Virginis mitigas propria eſt: nunquam enim oues genuere lupos: quis enim tale monſtrum audiuit? Genuit ſanè agnum illa, nec eius filij, niſi agni manſueti qui portantur ad victimā, eſſe poſſunt. Quomodo ergo, quos Virgo inter oēs mitis in filios adoptauit, nō miteſcent?

30 Denique, vt multa paucis amplectamur, inter illuſtriſsimos manſuetudinis titulos, qui deſides quoque animos ad iræ necem incendere poſſunt, numerus ille trinus eſt. Manſuetudo quippe, & virtus eſt, & Spiritus ſancti fructus eſt, & beatitudo eſt: quaſi luculentiùs diceremus, ex tribus capitibus inſolidum efficaciſsimis in lenitatis ſtudium feruentiùs incumbendum eſſe; quia, & virtus ſublimis eſt, qualem ex parte depinximus: & fructus eximiæ charitatis, quæ Spiritus ſancti fructuum propria eſt: & beatitudo ob altiſsimam perfectionem, quæ beatitudinibus à Chriſto laudatis congruit, vt diſertiùs ſuo loco trademus.

31 Funiculus hic triplex difficile rumpitur: imo duriora ferro corda perrumpit. Orbem quippe totum pauci homines manſuetudine armati, nō reſiſtendo, ſed perferendo domuerunt: & Chri-

ſtiana lenitate imperium ferreum, hoc eſt, Romanum, quod alia regna minus dura contriuerat, ſubiugarunt.

32 Qua certè mira victoria homines mites corde velut inter lupos agni ſtupente mundo, claruerunt, & Magni præceptoris ſui, qui domuit orbē, non ferro, ſed ligno, ſenſum euulgarunt.

33 Hæc eſt laus filiorum Dei, qui dulciſsimo corde pectora dura pulſantes, & iram feruere, ac deferueſcere ſinentes, eos potiſsimum capiunt, quos acriores hoſtes, ad tempus ferunt.

34 Feſtinent ergo fratres noſtri ad hoc cæleſte brauium, & ſuauiſsimo ſpiritu lenitatis, victoriā proximorum exquirant: ne præferant Chriſti ſimilitudinem, & intus vllam aſperitatem admittant. Currant ad propoſitum eis certamen, & corde tacito mens benè conſcia, filiorum Dei, quorum nomina liber vitæ ſeruat, permanſuram hæreditatem acquirant.

De Patientia. *Caput.* X I I I.

1 CVm vulgo manſuetudinis actibus patientiæ actus permiſceantur (qui enim iniuria laceſsiti miteſcunt, patientes appellantur, cum potiùs manſueti dicendi eſſent.) æquum eſt de virtute patientiæ immortali laude digna, quemadmodū & de alijs propriè, ac ſeorſum diſſerere: cum & naturā, & ſedem à māſuetudine diuerſam habeat: manſuetudo enim in Iraſcibili regit irā,

patien-

patientia in Cócupiſcibili triſtitiam moderatur: illa temperantiæ, hæc vero fortitudinis pars eſt.

2 Patientia ergo eſt virtus, quæ contra triſtitiæ paſsionem rationis bonum tuetur, ac propterea in appetitu Concupiſcibili, vbi ea paſſio viget, velut in ſede propria collocatur, & inter virtutes Chriſtianas miris encomijs à Patribus effertur.

3 Inter ingenuos quippe diuinæ charitatis fœtus, quaſi partus primogenitus ab Apoſtolo reponitur, dum in catalogo quodam ſic incipit: Charitatis fructus: charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. cæleſti enim lumine perfuſus nihil ad virtutum reginam commendandam, patientiæ laude opportunius indicauit, quaſi ex ea potiſsimũ nota, ſyncera charitas internoſceretur, & omnem ſuſpicionem excluderet.

4 Niſi enim charitatis aurum ictibus multis exploretur, quod patientiæ munus eſt, laudem primam minime promeretur: ex quo virtutis huius nobilitas præſertim elucet. Quid enim altius excogitari poſsit, quàm excellentiſsimæ charitati, quæ animi, eiusq. virtutum vita eſt, laudem primam conciliare?

5 Nec vero laudem ſolam, ſed vtilitatem immenſam parit: numquam enim charitas cumulatè opulenta eſt, niſi poſtquam belli patientiā pacem cordis acquiſiuit. Tanto certè opulentior Iob poſt agones, & Paulus poſt inſectationes euaſit, quanto cælum terra ſublimius eſt: præterquam quòd animus vere Chriſtianus, niſi la-

boribus

boribus exerceatur, in quandam ignauiam, inopiamq. degenerat, qua nihil calamitoſius queat accidere.

6 Quamobrem clementiſsimus Deus generis humani tutor, & cuſtos, vt æternas augeat diuitias, eos quoque laboribus immiſsis exercet, quos culpis non cernit obnoxios. Cenſuit enim ſapientia illa, hominis fœlicitatem, hac præcipuè via promoueri: maluitque, quos amore ſummo proſequitur, breui vexari, quàm hæreditatis æternæ iure multo carere.

7 Hinc non dæmonibus tantum, & ſceleſtis hominibus permittit inſontes, ſed ipſe quoque meliore conſilio, amicos fidiſsimos experitur, & innumeris calamitatibus vrget, vt maiora multo lucra conquirant. Propterea quippe tentauit Abraham, cuius amicitia gloriabatur, ne tam acceptus amicus auctioribus diuitijs non afflueret.

8 Iam vero decor, & vtilitas eximiæ virtutis huius, incredibilem cordi voluptatem ingenerat: nullo enim eloquentiæ apparatu ſatis expendi poteſt, quanta, ex laboribus patienter exhauſtis, lætitia ſubeat. Cum enim ſempiternæ mercedis ſpem firmam conſcientia creet, exoritur gaudium ſanè maximum animo ſe velut expandente, & ad cæleſtia bona capienda, quaſi brachia porrigente: quæ futuræ fruitionis quædam prælibatio eſt.

9 Expendant ergo Fratres noſtri, præſtantiſsimæ

mæ virtutis huius honeſtatem, ac fœcunditatẽ : & velut auari mercatores, per Chriſtianam tolerantiam, regni iura perquirant. ſed actus patientiæ deſcribamus.

ACTVS INTERNI.

10 PAtientiſsime Ieſu Chriſte, quicquid laboris mihi vnquam acciderit, propter te patienter feram.

Gradus patientiæ in c. proximo vna cū gradibus manſuetudinis recenſiti ſunt.

Mitiſſime Ieſu Chriſte, ſi Religionis auſteritas grauis fortaſſe videatur, æquanimiter eam tolerabo.

Clementiſſime Deus, ſi tentationibus exercear, pectus firmum opponam.

Benigniſſime Domine, ſi tartarus deſæuiat, conſtanter ictus excipiam.

Dulciſſime Deus, ſi mœror importunus ingruat, nulla ratione me deijci feram.

Amantiſſime Ieſu Chriſte, ſi morbi ſubeant, omnia tædia, dolores, anxietates fortiter exhauriam.

Suauiſsime Deus, ſi totius corporis contritio, membrorum diuiſio, ignis, & quæuis acria tormenta inferantur, inuictè conſtabo.

Optatiſsime Deus, ſi hominum mores aduerſi, & faſtidia moleſtiſsima contingant, pacata mente conſiſtam.

Iucundiſsime Ieſu Chriſte, ſi me ariditate, diuturnaque repulſa exerceas, libenter pœnam amplectar.

11 Huiuſmodi actus proculdubio neceſſarij, & ſchola Chriſti facile digni frequenter producendi ſunt: multis enim ex capitibus mæſtitia ſuccreſcit, cum qua virtus patientiæ bellum gerit, ne forte animum obruat, & quodam, quaſi lethargo infęliciter interimat. Sed actus externos proponamus.

12 Subit fortaſſe morbus, tentatio, labor moleſtus, ſcrupuli, ariditas, & eius generis alia, quæ triſtitiæ paſsionem irritant. Et (quæ hominum imbecillitas eſt) è veſtigio lætitia omnis extinguitur, animæ, corporisq. vires, ac partes omnes obrepente męrore torpeſcunt; & quod de ſeipſo Iob extulit, fit homo ſibimetipſi grauis.

13 Tunc ergo partes Monachi patientiam colentis ſunt; ſeipſum excitare, ac bilem atram coercere, ne rationem obumbret: quod & internis actibus, quales deſcripſimus, & externo etiam conatu debes eniti.

14 Huc certe conferent, remedia illa, quæ, parte prima in triſtitiæ curatione tradidimus, aliaq. permulta, quæ paſsim occurrent, iuxta modum vexationis, quam labor intulerit.

15 Omnia tamen hoc vno pronunciato complectimur: nauandaq; opera eſt, vt, qualem affectum læti gerimus, talem in exercitio patientiæ parte ſaltem ſuperiore foueamus, & appetitui, ne langueat, imperemus.

16 Hinc Fratres noſtri impoſturā quandā dæmonis internoſcent; ſolet enim, cum aliquid moleſtū

occur-

occurrit, vbi patientiã exercere opus eſt, quoddam captioſe fictum rerum internarum ſtudium inſinuare, quod ijs, qui captus modici ſunt, pro vera deuotione ſupponit, cum absq. vlla controuerſia, ſit ipſa triſtitiæ paſsio, ob exercitium patientiæ commota. Quapropter alacritate opus eſt, vt virtutis huius prouentus, quàm vberrimus exiſtat: quam his rationibus perſuademus.

17 Nemo vnquam vitam mortalem egit, quem labores multi non obſiderent: licet enim vnum, vel alterum calamitatis genus non irrumperet, ipſo ſaltem mortalitatis pondere prægrauatus prolixæ mortis, ac peccati tributum exoluit. Et, ſi quis ab hoc tributo videatur immunis, vt princeps aliquis fortunatus, omnino compertum eſt, eum ab internis ſaltem anxietatibus diu nõ poſſe feriari, quod indulgenter dicimus. Conſtat enim huiuſmodi homines grauiore multo triſtitia, quàm plebeios, inopesq. tentari; ob ſeria negotia, quæ non ex voto ſuccedunt, & grauia honoris, aut opum damna, inimicitias, inuidentiã, tædia, & alia ſatis multa mala, quibus inuaduntur. Cum ergo, mortalitatis lege, vniuerſi homines multa pati, ſine mercede, cogantur: quanto ſit honeſtius, & vtilius, eos, qui ad imitationem Chriſti vocati ſunt, aduerſa mala æquanimiter tolerare, ac immenſo lucro, ex animo gaudere?

18 Profecto quotquot illuſtres viri inter Ethnicos claruere, ſiue ſcholas, ſiue militiam expendamus,

mus,

mus, aut priuata, aut publica patientia, quicquid habuere laudis pepererunt. Quoties enim vigiliæ, inedia, corporis extenuatio, affectiones prauæ, ſollicitudines propter doctrinam, itinera, niues, fames, ſitis, pluuiæ, ictus, vulnera propter victoriam perlata ſunt? Certè mirum eſt, hominibus quos tartarus abſorpturus erat, tolerantiam pœnè incredibilem, vt exigua præſentis vitæ bona pararent, fuiſſe neceſſariam, & Chriſti famulos minimè paucos adeò degeneres eſſe, vt, cum ad æternum regnum iter inſtituerint, oblatas patientiæ occaſiones non alacriter arripiant?

19 Accedit efficax ratio. Non enim tot tantosq. labores Deus ab eis expoſcit, quot, quantosq. non ſolum homines Ethnici, ſed ipſi Chriſtiani pro bonis perituris, ſponte ſuſcipiunt: non enim bella cruenta, non certè nauigationes longæ, non pluuiæ, niues, cædes, vigiliæ prolixiores, & eius generis alia imminent. Quin etiam; neque domeſticæ diſcordiæ, ſollicitudo, egeſtas, faſtidia, & alia non leuia, quibus anguntur, qui in medijs urbibus pace frui uidentur. Cur ergo Monachi in æternam fęlicitatem contendentes leuiora patientiæ experimenta detrectent, cum per maiora pericula filij huius ſæculi ad interitum feſtinent?

20 Verum, ipſis laboribus prudenter, humano duntaxat more penſitatis, liquet, ſtultitiæ ſummæ uertendum, ſi quis impatienter agat. Ipſo

quippe

quippe renutu laboris, labor augetur, & mœror, vſque ad conſumptionem ingraueſcit: contra verò animus patiens labores ac dolores mirificè extenuat, & in laudis argumentum conuertit. Quod certè diſcrimen liquebit, ſi duos homines fame, ſiti, vel alio labore vexatos, alterum tamen patienter, alterum vero impatienter ferentem contemplemur. Secundus enim hic, ipſo furore, in rabiem agitur, primus ille cultu virtutis ſibi, velut ægrotanti medetur.

21 Ceterum hęc exigua ſunt: ſi enim oculos ad æterna extollamus, omnes fęlicisſimi regni illius coronæ patientiæ inſcriptum præferre videntur. Quot enim propriæ carnis infeſtationes, vt caſtitate niterent Virgines pertulere? Quot agones, vt populos erudirent, Doctores exantlarunt? Quot vulnera, vt de Chriſto teſtimonium ferrent, Martyres acceperunt? Quàm ſpecioſa ibi corpora cicatricibus notata? Quàm pulchra membra verberibus olim proſciſſa? Quàm nitidi vultus quondam laboribus deformati? omnia Dei caſtra patientiæ virtus exornat, & præmij cęleſtis magnitudinem exaggerat.

22 At enim mirum eſt, cum militia ſit vita hominis ſuper terram, & omnino mala ferenda ſint, ſpe tamen ampliſsimæ mercedis illius, quæ pro vulneribus reddenda eſt, animos multos minimè cómoueri. Ex quo ſanè perſpici pôt, quàm fuerit ſalutare patientis Chriſti conſilium, quo deſides homines ſtuduit perurgere. Chriſtus enim paſſus

eſt,

eſt pro nobis, illuſtriſsimũ relinquẽs exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Immenſæ quippe bonitatis, & benignitatis erga nos ipſius erat, impenſa tanta, torpentes Adæ filios excitare: quod attentius ponderemus.

23 Mos iudicum recte agentium eſt, ſontes patibulis addicere, inſontes abſoluere, ne poenam ſine culpa ſubeant: qua certe ratione conficitur, homines vniuerſos, qui culpæ conſcij ſunt, & diuino, & humano iudicio poenæ reos eſſe, & cum nemo ſit mundus à ſorde, ne infans quidem, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram, manifeſtum eſt, neminem poſſe innocentiam prætexere, ne quid patiatur. Iam verò ſi patibulo dignus omnis homo eſt, cur poenam modicam à Clementiſsimo Patre: qui æquiſsimus quoque iudex eſt, irrogatam, relaxato æterno patibulo non patienter ferat? Profectò quem ratio hæc non peruincit, amentem eſſe neceſſe eſt. Verum eſt tamen; amorem ſui (quem philautiam Græci Patres appellant) vnicuique homini perſuadere, ſe quidem poenæ reum eſſe, at non eſſe plectendum: amor quippe ille tantus eſt, vt in amentiam homines præcipitet.

24 Propter hoc ergo innocentiſsimus Dei filius, qui poenæ reus, ob culpam vllam eſſe nequiuit, ne quis ſe à poenæ lege excipiendum exiſtimaret, ſed æternam temporali, ac breui poena præcaueret, ſe neci tam immani libenter expoſuit: quo quidem exemplo vſque ad ſtuporem

M miro,

influxus cœleſtes intercidit, aut repellit. Erit ergo è re noſtra mitem animum, quaſi cæli ſpeculum gerere, ac rerum cæleſtium notitia delectari.

24 At qui cæleſtia non vſque adeo æſtimare noſſet, ex hominum affectu manſuetudinis bonum ponderare valeret: vix enim dici poſsit, quàm leniter, ac efficaciter ea virtus corda trahat: ſicut enim corpora mollia contrectare, aſpera ne attingere quidem natura vellet: ita hominis ratio mites animos amplecti, ſed iracundis ne appropinquare certè vult, ſic in cœtibus virorum, quos ad iram procliues ceteri norunt, quaſi herinaceos refugiunt: mites vero ſemper adeſſe, ſecum agere, conuiuere cupiunt.

25 Vt vero quid altius natura promamus; nemo tam ferus eſt, qui cum alium & irritari, & pro malis bona rependere, placido vultu offenſori ſubridere videt, non totis viſceribus commoueatur, & virtutis huius amore digniſsimæ vim, ac ſuauitatem ſentiat, & admiretur.

26 Verumtamen vno ſaltem exemplo famoſiſsimo rem hanc euincamus: norunt vniuerſi Chriſtiani Saulem illum regem Iſraelis infœlicem ſæpe quidem, ſed bis ardentius, quàm alias quaſi phrenitide correptũ, armatis militibus ſeptum, ex vrbe, ad inueſtigandum Dauidem etiam inter rupes abruptas, quæ ſolis ibicibus peruia ſunt, prodijſſe: & in altero euentu, chlamydis oram in antro fuiſſe præciſam, in altero, haſtam, & vr-

ceum

ceum dormienti regi ſublatam: nec vllo vulnere, cum facile poſſet, à iuuene mitiſsimo læſum, nedum necatum: quod ille, vt reſciuit, vt erat ferus, obſtupuit.

27 Poſtquam enim ex antro egreſſus, & aliquantum progreſſus Dauidis orã oſtendentis vocem, opusq. percepit; & poſtquam excitatus, Dauidem ipſum tenerrimo affectu è regione clamantem, haſtamque, qua interimi potuit, & vrceum offerentem audiuit; manſuetudini tantæ reluctari non valens in lachrymas, virtutis huius non ſuæ teſtes, emollitus prorupit. Profectò cor illud adamante durius erat: ſanguinem ſitiebat: ad necem feſtinabat: militum agmen inſtruxerat: & tamen fractus animo fuit: fleuit: Dauidem ad tempus amauit: & exarmatus ſola Dauidis manſuetudine vrbem repetiuit. Quid ergo in animis non efferatis manſuetudo non efficit?

28 Sed enim, quid opus eſt exempla minus fortia, quàm quæ præbuit Verbum caro factum afferre? nam præterquam quòd manſuetiſſimus Dei filius ad ſuauiſſimi, ac ſupremi magiſterij ſui laudem, dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum; plura operibus, quàm verbis, & efficaciora propoſuit. Certè tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt; & cum cæderetur non aperuit os ſuum: & cum frementes vituli multi circumdarent eum, & innoxio eius cruore paſcerentur, nunquam vllum è ſæuiſsimis latronibus illis toruè ſaltẽ aſpexit. At hæc ineffabilia ſunt: illa tamen duo mi-

tiſsimi animi reſponſa commemorare decet: illud, Cur me cędis? quando miniſter ille ſatanicus alapam impegit: & illud: Amicę ad quid veniſti? quādo lupus ille crudelis paulo ante Apoſtolus, oſculum in horto venenatum impreſsit? campus latiſsimus eſt: qui poteſt capere, capiat.

29 Ceterum ſtatus noſtri peculiari quadam ratione Beatiſsimæ Virginis mititas propria eſt: nunquam enim oues genuere lupos: quis enim tale monſtrum audiuit? Genuit ſanè agnum illa, nec eius filij, niſi agni manſueti qui portantur ad victimā, eſſe poſſunt. Quomodo ergo, quos Virgo inter oēs mitis in filios adoptauit, nō miteſcent?

30 Denique, vt multa paucis amplectamur, inter illuſtriſsimos manſuetudinis titulos, qui deſides quoque animos ad iræ necem incendere poſſunt, numerus ille trinus eſt: Manſuetudo quippe, & virtus eſt, & Spiritus ſancti fructus eſt, & beatitudo eſt: quaſi luculentiùs diceremus, ex tribus capitibus inſolidum efficaciſsimis in lenitatis ſtudium feruentiùs incumbendum eſſe; quia, & virtus ſublimis eſt, qualem ex parte depinximus: & fructus eximiæ charitatis, quæ Spiritus ſancti fructuum propria eſt: & beatitudo ob altiſsimam perfectionem, quæ beatitudinibus à Chriſto laudatis congruit, vt diſertiùs ſuo loco trademus.

31 Funiculus hic triplex difficile rumpitur: imo duriora ferro corda perrumpit. Orbem quippe totum pauci homines manſuetudine armati, nō reſiſtendo, ſed perferendo domuerunt: & Chri-

ſtiana

ſtiana lenitate imperium ferreum ; hoc eſt, Romanum, quod alia regna minus dura contriuerat, ſubiugarunt.

32 Qua certè mira victoria homines mites corde velut inter lupos agni ſtupente mundo, claruerunt, & Magni præceptoris ſui, qui domuit orbẽ non ferro, ſed ligno, ſenſum euulgarunt.

33 Hæc eſt laus filiorum Dei, qui dulciſsimo corde pectora dura pulſantes, & iram feruere, ac deferueſcere ſinentes, eos potiſsimum capiunt, quos acriores hoſtes, ad tempus ferunt.

34 Feſtinent ergo fratres noſtri ad hoc cæleſte brauium, & ſuauiſsimo ſpiritu lenitatis, victoriã proximorum exquirant: ne præferant Chriſti ſimilitudinem, & intus vllam aſperitatem admittant. Currant ad propoſitum eis certamen, & corde tacito mens benè conſcia, filiorum Dei, quorum nomina liber vitæ ſeruat, permanſuram hæreditatem acquirant.

De Patientia. *Caput.* XIII.

1 CVm vulgo manſuetudinis actibus patientiæ actus permiſceantur (qui enim iniuria laceſsiti miteſcunt, patientes appellantur, cum potiùs manſueti dicendi eſſent.) æquum eſt de virtute patientiæ immortali laude digna, quemadmodũ & de alijs propriè, ac ſeorſum diſſerere: cum & naturã, & ſedem à mãſuetudine diuerſam habeat: manſuetudo enim in Iraſcibili regit irã,

patien-

patientia in Cōcupiſcibili triſtitiam moderatur: illa temperantiæ, hæc vero fortitudinis pars eſt.

2 Patientia ergo eſt virtus, quæ contra triſtitiæ paſsionem rationis bonum tuetur, ac propterea in appetitu Concupiſcibili, vbi ea paſſio viget, velut in ſede propria collocatur, & inter virtutes Chriſtianas miris encomijs à Patribus effertur.

3 Inter ingenuos quippe diuinæ charitatis fœtus, quaſi partus primogenitus ab Apoſtolo reponitur, dum in catalogo quodam ſic incipit: Charitatis fructus: charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. cæleſti enim lumine perfuſus nihil ad virtutum reginam commendandam, patientiæ laude opportunius indicauit, quaſi ex ea potiſsimū nota, ſyncera charitas internoſceretur, & omnem ſuſpicionem excluderet.

4 Niſi enim charitatis aurum ictibus multis exploretur, quod patientiæ munus eſt, laudem primam minime promeretur: ex quo virtutis huius nobilitas præſertim elucet. Quid enim altius excogitari poſsit, quàm excellentiſsimæ charitati, quæ animi, eiusq. virtutum vita eſt, laudem primam conciliare?

5 Nec vero laudem ſolam, ſed vtilitatem immenſam parit: numquam enim charitas cumulatè opulenta eſt, niſi poſtquam belli patientiā pacem cordis acquiſiuit. Tanto certè opulentior Iob poſt agones, & Paulus poſt inſectationes euaſit, quanto cælum terra ſublimius eſt: prę-terquam quòd animus vere Chriſtianus, niſi la-

boribus

boribus exerceatur, in quandam ignauiam, inopiamq. degenerat, qua nihil calamitoſius queat accidere.

6 Quamobrem clementiſsimus Deus generis humani tutor, & cuſtos, vt æternas augeat diuitias, eos quoque laboribus immiſsis exercet, quos culpis non cernit obnoxios. Cenſuit enim ſapientia illa, hominis fœlicitatem, hac præcipuè via promoueri: maluitque, quos amore ſummo proſequitur, breui vexari, quàm hæreditatis æternæ iure multo carere.

7 Hinc non dæmonibus tantum, & ſceleſtis hominibus permittit inſontes, ſed ipſe quoque meliore conſilio, amicos fidiſsimos experitur, & innumeris calamitatibus vrget, vt maiora multo lucra conquirant. Propterea quippe tentauit Abraham, cuius amicitia gloriabatur, ne tam acceptus amicus auctioribus diuitijs non affueret.

8 Iam vero decor, & vtilitas eximiæ virtutis huius, incredibilem cordi voluptatem ingenerat: nullo enim eloquentiæ apparatu ſatis expendi poteſt, quanta, ex laboribus patienter exhauſtis, lætitia ſubeat. Cum enim ſempiternæ mercedis ſpem firmam conſcientia creet, exoritur gaudium ſanè maximum animo ſe velut expandente, & ad cæleſtia bona capienda, quaſi brachia porrigente: quæ futuræ fruitionis quædam prælibatio eſt.

9 Expendant ergo Fratres noſtri, præſtantiſsi-

mæ

mæ virtutis huius honeſtatem, ac fœcunditatẽ : & velut auari mercatores, per Chriſtianam tolerantiam, regni iura perquirant. ſed actus patientiæ deſcribamus.

ACTVS INTERNI.

Gradus patientiæ in c. proximo vna cũ gradibus manſuetudinis recenſiti ſunt.

10 PAtientiſsime Ieſu Chriſte, quicquid laboris mihi vnquam acciderit, propter te patienter feram.

Mitiſſime Ieſu Chriſte, ſi Religionis auſteritas grauis fortaſſe videatur, æquanimiter eam tolerabo.

Clementiſſime Deus, ſi tentationibus exerceat, pectus firmum opponam.

Benigniſſime Domine, ſi tartarus deſæuiat, conſtanter ictus excipiam.

Dulciſſime Deus, ſi mœror importunus ingruat, nulla ratione me deijci feram.

Amantiſſime Ieſu Chriſte, ſi morbi ſubeant, omnia tædia, dolores, anxietates fortiter exhauriam.

Suauiſsime Deus, ſi totius corporis contritio, membrorum diuiſio, ignis, & quæuis acria tormenta inferantur, inuictè conſtabo.

Optatiſsime Deus, ſi hominum mores aduerſi, & faſtidia moleſtiſsima contingant, pacata mente conſiſtam.

Iucundiſsime Ieſu Chriſte, ſi me ariditate, diuturnaque repulſa exerceas, libenter pœnam amplectar.

11 Huiuſmodi actus proculdubio neceſſarij, & ſchola Chriſti facile digni frequenter producendi ſunt: multis enim ex capitibus mæſtitia ſuccreſcit, cum qua virtus patientiæ bellum gerit, ne forte animum obruat, & quodam, quaſi lethargo infęliciter interimat. Sed actus externos proponamus.

12 Subit fortaſſe morbus, tentatio, labor moleſtus, ſcrupuli, ariditas, & eius generis alia, quæ triſtitiæ paſsionem irritant. Et (quæ hominum imbecillitas eſt) è veſtigio lætitia omnis extinguitur, animæ, corporisq. vires, ac partes omnes obrepente męrore torpeſcunt, & quod de ſeipſo Iob extulit, fit homo ſibimetipſi grauis.

13 Tunc ergo partes Monachi patientiam colentis ſunt; ſeipſum excitare, ac bilem atram coercere, ne rationem obumbret: quod & internis actibus, quales deſcripſimus, & externo etiam conatu debes eniti.

14 Huc certe conferent, remedia illa, quæ, parte prima in triſtitiæ curatione tradidimus, aliaq. permulta, quæ paſsim occurrent, iuxta modum vexationis, quam labor intulerit.

15 Omnia tamen hoc vno pronunciato complectimur: nauanda opera eſt, vt, qualem affectum læti gerimus, talem in exercitio patientiæ parte ſaltem ſuperiore foueamus, & appętitui, ne langueat, imperemus.

16 Hinc Fratres noſtri impoſturã quandã dæmonis internoſcent; ſolet enim, cum aliquid moleſtũ occur-

occurrit, vbi patientiã exercere opus eſt, quoddam captioſe fictum rerum internarum ſtudium inſinuare,quod ijs, qui captus modici ſunt, pro vera deuotione ſupponit,cum absq. vlla controuerſia, ſit ipſa triſtitiæ paſsio,ob exercitium patientiæ commota. Quapropter alacritate opus eſt, vt virtutis huius prouentus, quàm vberrimus exiſtat: quam his rationibus perſuademus.

17 Nemo vnquam vitam mortalem egit, quem labores multi non obſiderent: licet enim vnum, vel alterum calamitatis genus non irrumperet, ipſo ſaltem mortalitatis pondere prægrauatus prolixæ mortis, ac peccati tributum exoluit. Et, ſi quis ab hoc tributo videatur immunis,vt princeps aliquis fortunatus,omnino compertum eſt, eum ab internis ſaltem anxietatibus diu nõ poſſe feriari, quod indulgenter dicimus. Conſtat enim huiuſmodi homines grauiore multo triſtitia,quàm plebeios,inopesq. tentari; ob ſeria negotia, quæ non ex voto ſuccedunt, & grauia honoris, aut opum damna, inimicitias,inuidentiã, tædia, & alia ſatis multa mala, quibus inuaduntur. Cum ergo, mortalitatis lege, vniuerſi homines multa pati, ſine mercede,cogantur: quanto ſit honeſtius, & vtilius, eos, qui ad imitationem Chriſti vocati ſunt, aduerſa mala æquanimiter tolerare,ac immenſo lucro,ex animo gaudere?

18 Profectò quotquot illuſtres viri inter Ethnicos claruere, ſiue ſcholas, ſiue militiam expendamus,

mus, aut priuata, aut publica patientia, quicquid habuere laudis pepererunt. Quoties enim vigiliæ, inedia, corporis extenuatio, affectiones prauæ, ſollicitudines propter doctrinam, itinera, niues, fames, ſitis, pluuiæ, ictus, vulnera propter victoriam perlata ſunt? Certè mirum eſt, hominibus quos tartarus abſorpturus erat, tolerantiam pœnè incredibilem, vt exigua præſentis vitæ bona pararent, fuiſſe neceſſariam, & Chriſti famulos minimè paucos adeò degeneres eſſe, vt, cum ad æternum regnum iter inſtituerint, oblatas patientiæ occaſiones non alacriter arripiant?

19 Accedit efficax ratio. Non enim tot tantosq. labores Deus ab eis expoſcit, quot, quantosq. non ſolum homines Ethnici, ſed ipſi Chriſtiani pro bonis perituris, ſponte ſuſcipiunt: non enim bella cruenta, non certè nauigationes longæ, non pluuiæ, niues, cædes, vigiliæ prolixiores, & eius generis alia imminent. Quin etiam; neque domeſticæ diſcordiæ, ſollicitudo, egeſtas, faſtidia, & alia non leuia, quibus anguntur, qui in medijs urbibus pace frui uidentur. Cur ergo Monachi in æternam fęlicitatem contendentes leuiora patientiæ experimenta detrectent, cum per maiora pericula filij huius ſæculi ad interitum feſtinent?

20 Verum, ipſis laboribus prudenter, humano duntaxat more penſitatis, liquet, ſtultitiæ ſummæ uertendum, ſi quis impatienter agat. Ipſo

quippe

eſt pro nobis, illuſtriſsimũ relinquẽs exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Immenſæ quippe bonitatis, & benignitatis erga nos ipſius erat, impenſa tanta, torpentes Adæ filios excitare: quod attentius ponderemus.

23 Mos iudicum recte agentium eſt, ſontes patibulis addicere, inſontes abſoluere, ne poenam ſine culpa ſubeant: qua certe ratione conficitur, homines vniuerſos, qui culpæ conſcij ſunt, & diuino, & humano iudicio poenæ reos eſſe, & cum nemo ſit mundus à ſorde, ne infans quidem, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram, manifeſtum eſt, neminem poſſe innocentiam prætexere, ne quid patiatur. Iam verò ſi patibulo dignus omnis homo eſt, cur poenam modicam à Clementiſsimo Patre: qui æquiſsimus quoque iudex eſt, irrogatam, relaxato æterno patibulo non patienter ferat? Profectò quem ratio hæc non peruincit, amentem eſſe neceſſe eſt. Verum eſt tamen, amorem ſui (quem philautiam Græci Patres appellant) vnicuique homini perſuadere, ſe quidem poenæ reum eſſe, at non eſſe plectendum: amor quippe ille tantus eſt, vt in amentiam homines præcipitet.

24 Propter hoc ergo innocentiſsimus Dei filius, qui poenæ reus, ob culpam vllam eſſe nequiuit, ne quis ſe à poenæ lege excipiendum exiſtimaret, ſed æternam temporali, ac breui poena præcaueret, ſe neci tam immani libenter expoſuit: quo quidem exemplo vſque ad ſtuporem

M miro,

miro, neſcio, quomodo vniuerſus orbis non emolitur, & ſempiternam impatientiam, patientia breui permutat.

25 Verum, vt exempli tanti momenta demum ponderemus, quis adeo excors eſt, qui Deum pœnas luentem, fami, ſiti, inopiæ, æſtui, frigori, ceteriſque mortalium laboribus obnoxium, ſine imitationis, vel compaſſionis motu poſſit intueri? Sanè Dauidem, cum Abſalonem fugeret Ethai vir planè fidelis, adeò indiuiduè comitatus eſt, vt ab ipſo rege monitus, vicem illam aduerſam declinaret, ac in vrbis delitias, cum Abſalone verſaturus rediret, ægrè monitum audierit, ac fidam laborum ſocietatem, ac delitiarum odium perenne iurauerit. Cur ergo vir Chriſtianus Chriſti laborum conſortia non affectet, ac iuret? Ergo ne Dei filius inter labores deſeratur? Deſerant certè alij, Virginis enim filios hæc nota non decet.

26 Innoxia quippe, ac niue candidior Virgo, quæ pœnæ tantæ reatu non erat innexa, nihil tam ardenter, quàm patientiæ filij ſui conſortium expetiuit: alias enim quid tam cæleſti puritati, cum tanta pœnæ immanitate commune? Decuit certè vt exemplari filij, mater ſimillima conſentiret.

27 Hinc quotquot in Chriſto piè viuere cupiunt, gloriam in ſummis laboribus iure ponunt: nihilque tantoperè erubeſcunt, quàm ſine vulneribus apparere; quale enim militis decus erit, ſe benè

curata cute, Regem verò ſaucium intueri?
28 Et profectò licet alijs exempla propria deeſſent, fratribus noſtris deeſſe minime poſſunt. nã præter annos quadraginta, quibus B. Virgo, & Parens noſtra Tereſia diem nullum à dolore duxit immunem, hominum inſectationibus, dæmonum inſultibus, Dei quoque repulſis vitam laboribus multis; ac pęnè fidem ſuperantibus contextam egit; vt eius filij, non ſine dedecore, molles, ac laboris impatientes eſſe poſsint.
29 Sic enim Clementiſsimus Deus, ad eruditionẽ noſtram illam exercuit, vt nihil in ea non tentatum extaret: neque enim in illud Sanctitatis faſtigium, niſi per aſcenſum purpureum, hoc eſt, patientiæ gradus pertigiſſet; quod illi cum reliquis imitatoribus Chriſti commune fuit.
30 Hæc eſt ſapientia noſtra, quæ ſummum honorem, lucrumque parit, ſimileſque reddit ijs, quibus ceſsit lacerans fortiter vngula, nec inuictiſsima carpſit penetralia.
31 Hæc eſt nobiliſsima pars generis electi, & patrimonij filij Dei: nihil enim animis, quos patientia compſit, in caſtris Dei viuentis ſplendidius nitet.
32 Deponentes ergo fratres noſtri omne triſtitię pondus, & ſemetipſos ad æternos honores, tot rationum, ac exemplorum armis inſtruentes, illud Parentis noſtræ votum, quàm fortiter poſſunt animo concipiant: Aut pati, aut interire. Citò enim labor omnis euaneſcet, ſi tantillum Clemen
 tiſsimus

tiſſimus Deus tentarit eos, & inuenerit eos dignos ſe: & lætabuntur coram eo, ſicut exultant victores capta præda, quum non ſine cruore ceperunt. Enitantur, quæ retro ſunt obliuiſci, & ad maiora ſe conentur extendere.

De Modeſtia in commune. *Cap.* XIV.

1 EX virtutibus explanatis, ex caſtitate præſertim, humilitate, manſuetudine, ac patientia, modeſtia, quæ motuum externorum moderatio eſt, originem ducere videtur: illa quippe interna bonorum affectuum ſeries, externarum hominis partium compoſitionem, quaſi fructum viſu pulcherrimum edit.

2 Modeſtiæ verò partes diuersè à Scriptoribus recenſentur; inter nobiliores autem conuenit, omnem moderationem motuum corporalium, & rerum exteriorum, ad modeſtiam pertinere: quapropter multas temperantiæ partes illi affines hùc poſſemus intexere, ſi de rebus ſingulis agere oporteret: at nec propriè virtutes ſunt, nec tractatum ſeorſum requirunt: quod vel vno exemplo verecundiæ liquet. Adoleſcentum quippe ornatus, verecundia eſt; quæ non eſt virtus, ſed laudabilis paſſio; timor videlicèt turpitudinis, quæ poſſit exprobrari: cui affinis eſt erubeſcentia, quæ ab illa diſcernitur, quod hæc ceſſet à turpi actu, illa verò turpem actum celet.

3 Erga verecundiam igitur ſatis fuerit iuniores

fratres

fratres admonere, vt ſeriò virtutes veras colant: ſi enim peccatorum deformitatem ex amore virtutum perhorreſcant, paſſio verecundiæ vtiliter, dum occaſio id exiget, excitabitur: meminerint autem, eam paſſionem ex fragilitate naturæ, animis etiam inuitis, ſæpiſsimè ſuſcitari, ob eas res, & vbi ratio id non requirit: putà ob deformitatem corporis, ob inertiam, ob tarditatem ingenij, & alia ſimilia: ſed humilitatis cultu, quoad hæc, appetitus reformatur.

4 Laudi autem à Patribus vertitur rubor ille, qui ſuffundit faciem modeſtorum adoleſcentum, cùm in cętum ſeniorum ingrediuntur, vel quippiam iniunctum publicè acturi ſunt: index enim animi bene inſtituti eſt: quod fratres noſtri attente conſiderent.

5 Honeſtas etiam illa, quæ eſt ſpiritualis quædam in actionibus pulchritudo, quæ & decor, & decorum, & honeſtum quoque appellatur, & pars temperantiæ eſt, non eget peculiari ſpeculatione, vbi veræ virtutes (quales deſcripſimus) coluntur: quæ naturali quodam ductu, actiones decoras producunt: quod ex honeſtiſsimis actibus, quos in humilitate, ac manſuetudine deſcripſimus, perſpici poteſt.

6 Regulas tamen ad exteriorem hominem iuxta Sanctorum Patrum diſciplinam componendum, vt decorum illud ſeruet, adijcimus.

Caput.

SIc Monachus caput moderari debet: vt nec erectum, nec pronum, nec in alterutrum latus deflexum gerat.

Cum incedit, ſi ab aliquo ſe retrorſum vocari ſentiat: ne caput ſolum retorqueat, ſed corpus totum conuertat.

Nec tunc (ſicut vniuerſè quoties caput mouere neceſſe eſt) nimis feſtinatò, ſed ſedatè moueat.

Alia nonnulla per ſe quiſque modeſtè præſtabit, ſi quæ diximus, memoriæ mandet: quod verò ad oculos ſpectat, ſeorſum tradetur.

Brachia.

7 SIc brachia mouenda ſunt, quoties quid efficiendum, vt exceſſus vitetur: neque enim decet, ſæcularium more, nimis ea porrigere, quaſi vires oſtentandæ ſint: nec verò ægre illa ad opus intendere, quaſi pigeat laborare.

At in Choro, ad pectus reducta ſic flectenda ſunt, vt vtraque manu breuiarium teneatur: turpis enim eſt ſub ventriculum demiſſio: turpis alterius manus abſconſio: & quidquid ignauiam præfert, turpe eſt.

In oratione, ſub ſcapulari conſerta brachia, vel dumtaxat manus coniunctæ ita componan-

tur,

tur, vt languorem orationis hoſtem excutiant.

In Refectorio, cum ad eſum datur ſignum, lente brachia extendantur: ne videatur concupiſcentia extimulare.

In locis alijs (quæ ſigillatim percenſere opus non eſt) quoties nihil agendum occurrit, manus ad fibulam cinguli compoſitæ, & ſui, & brachiorum poſitum modeſtum obſeruent.

Crura.

8 SIc regenda ſunt crura, vt pari flexu, vel extenſione componantur, quoties peculiaris aliquis ritus crus alterum non excludit: cauendum autem, ne pes pedi, vel cruri crus incumbat: vel alio modo non vſitato deformitas vlla ſubintret.

Totum Corpus.

9 COrpus totum in inceſſu ita componendum eſt, vt nec intenſum, nec remiſſum incedat (quod ad corporis habitum attinet) nec celeriter, vel cunctanter eat (quod ad motum ſpectat) In ſeſſione, ſiue in Choro, ſiue Oratorio, ſiue Refectorio, ſiue recreationis loco, ſiue cella, ſiue alibi, ne ſit curuum, vel nimis erectum, vel detortum, aut alio deformatum modo, qui animi remiſsionem, vel è contrario affectationem prætendat.

Nocte in lecto, velut in ſepulchro, tectum iaceat: ne aliqua pars detecta oculis noceat: Die verò in cella, ſtatus, vel genuflexio, vel ſeſsio, ſine accubitu ita corpus componant, vt à repente ingredientibus, ſine offenſione, videri poſsit.

Denique quidquid alios, vel ſeipſos aſpectu lædit, à fratribus accuratè vitetur.

Corporis actio cum alijs.

10 CVm ſtatur, v.g. iuxta patrem, vel fratrem alium, nimia propinquitas, vel diſtantia fugienda eſt: ſed medium, quod rei de qua agitur ſeruiat, eligendum; quod ex circumſtantijs innoteſcet.

Cùm ſimul inceditur, animaduertendum ne, vel præeundo, vel cunctando, vel alios retardando, vel in aliorum latera impingẽdo, vel alijs modeſti proceſſus abuſibus, moleſtia inferatur.

Cum ſedetur, cauendum, ne quis alijs nimis hærendo, vel intuitum, ſiue auditum eorum, quæ dicuntur prohibendo, vel alio quouis modo, qui minus deceat, faſtidium generet.

In omni autem corporis poſitu, veſtes corpori ſic adaptentur, vt habiles ſint, & omnia tegant: in quibus (ſicut & in cellis, libris, & alijs vniuerſis) ne proximis inferatur moleſtia, munditiam commendamus.

Actio-

Digitized by Google

Actionum modeſtia erga alios.

11 QVoties ſimul laborandum, vel à labore corpus recreandum, vel alio modo in commune agendum eſt: Religioſi veri partes ſunt, ita mores, & corporis geſtus alijs attemperare, vt nec nimia lætitia, ſeu riſu diſſolutionem, nec mœrore, & corporis contractione ruſticitatem præſeferat, & aliorum animos lædat.

Hinc ſollicitè vitanda vitia hæc: clamor, ſeu nimia vocis elatio: è contrariò nimia vocis demiſſio, vel muſſitatio: cùm ex neceſſitate oſcitãdum, nimia oris apertio, vel ſonus inſuauis: excreatio frequens, vel violenta, vel ſtrepitu iniucũda: concitata, vel nimis lenta motio, cùm ambulandum: humerorum impactio: brachiorum colliſio: manuum tactio, nimia exaggeratio, cùm quid dicendum: deſpectionis, vel improbationis ſigna, cùm ab alijs quid agitur, vel dicitur: contradictio verborum, vel actionum importunitas: intruſio in aliorum officia, vel ad res ſibi nõ demandatas properatio: & alia huiuſmodi, quæ mediocri attentione à Chriſti famulis depræhendentur, ſi hoc documentum animo inſculpant: omnia ſcilicet, quæ ad comitatem ſeculares modeſti, ac prudentes præſtare ſolent, à Monachis quoque ſanctiore modo præſtanda. Hinc alijs (quoad per Obediẽtiã licet) loco cedere: veniẽtibus, ijs pręſertim, qui ſũt natu maiores aſſurgere,

capite

capite detecto cum antiquioribus verba faceret: cum Patres aliquod onus geſtant, obuijs vlnis, ſe ad ſubeundum onus exhibere: cum ſenior quis noctu occurrit, ei ſi egeat prælucere, & ſi ſuperior ſit, lucernam quam fortaſſe fert, comiter acceptam præferre, aliaq. multa, quæ ſingulatim recenſere neceſſe non eſt.

12 Certo tamen Fratres noſtri ſibi perſuadere debent, vrbanitatis huius, hoc eſt, modeſtiæ ſanctorum obſeruationem, ad alendam charitatem, pacem, humilitatem, ac ceteras virtutes omnes adeo eſſe neceſſariam: vt impoſſibile cordatis, & expertis viris videatur, ſine illa, veræ ſanctitatis ſtudium poſſe conſtare: è contrario vero, dum illa colitur, Cœnobia ſic inſtructa Hierarchias cæleſtes mira concinnitate inter ſe conſentientes repræſentare.

13 Propterea non vitia tantum, quibus modeſtia corrumpitur, vitare, ſed in eo domus Dei decore perfectiores in dies ſingulos euadere Fratres noſtri conentur: quod aſſequi poterunt, ſi expendere, ac obſeruare curauerint, modos, qui modeſtiam mirifice perficiunt: quales ſunt: intuitus hilaris, & ſimplex: ſermo ſuauis, & parcus: vox tono temperata, & clara: reſponſa lenia: beneuoli animi oſtenſio non affectata: facilitas ad conſentiendum alijs: laus aliorum moderata: fuga propriæ laudis: perſonarum, temporum, & rerum expenſio: rerum dicendarum, & modi præmeditatio: & alij quoque mo-

di.

di, qui certo numero definiri non poſſunt; quos humiles, ac mites animi non obſcurè dignoſcent.

14 Fratres ergo noſtri, quos ob Beatiſſimæ Virginis adoptionem, præ alijs etiam Religioſis decet honeſtas, ſic decori huius perfectionem exquirant, vt nihil deſideretur ad ædem Virginis honeſtandam.

15 Quamuis autem capita Modeſtiæ nobilia tetigerimus; duo conſultò reticuimus omnium certè præſtantiſſima; vnum quod ad oculorum; alterum quod ad linguæ moderationem pertinet: tanti enim ponderis ſunt, vt cum alijs, quę minus doctrinæ requirunt, permiſcenda non fuerint: quamobrem duobus proximis capitibus ea perſequemur.

De modeſtia oculorum. Cap. XV.

1 INter omnes modeſtiæ partes, quæ ad oculos regendos attinet ſingulari quodam iure, generale modeſtiæ nomen ſibi vendicauit: quod in eis, quaſi cordis indicibus, ea virtus præſertim eluceat: quapropter Sanctorum Patrum, qui diſciplinæ noſtræ fontes fuere, conſilijs acquieſcentes, de oculorum cuſtodia, impenſius cogitare, ac ſcribere debuimus.

2 Quàm ſit autem honeſta intuitus moderatio adeo ipſis quoque modeſtiæ ignaris hominibus notum eſt, vt aſſertore non egeat. Habent enim

oculi

oculi vim profectò magnam ad hominem totum honeſtandum, & turpitudinem quamuis, decoris ſui pallio contegendam; quod multis, & quotidianis experimentis exploratum eſt. Cuius certè veritatis argumentum producit ipſa naturalis oculorum pulchritudo, quæ faciem alioquin deformem ſola condecorat: ſic enim oculorum modeſtia, quæ ſpiritualis quædam venuſtas eſt, vi tanta pollet, vt hominem quoque moribus deformatum, Angelico more, ac decore commendet.

3 Contra vero, vires etiam bonis moribus inſignes, oculorum incuria ſic deformat; vt penè incredibile videatur, cum ea cernendi licentia veram virtutem, ac diuinæ præſentiæ ſtudium poſſe conſiſtere: quod & ſæculares viri (ſpontanei proximorum cenſores) identidem obijciunt.

4 Habet etiam modeſtia hæc, præter decorem illum ad pacandum hominem vim certè maximam, quæ ſumma vtilitas eſt: cum enim rerum plurimarum imagines noxias excludat, animus qui euagatione moleſtiſſima torquetur, dum à rebus diuinis inuitus diſtrahitur; intuitu repreſſo, tantò fit Deo propinquior, quantò à rebus corporatis alienior: nec ratio hæc fideliores teſtes, quàm propriam cuiuſque conſcientiam, cum licenter aſpexit, accerſere poteſt.

5 Enim verò quemadmodum oppilatis oſtijs à fori

fori tumultu, & raptorum irruptione, quieſcitur: ſic dum animæ feneſtræ, hoc eſt, oculi obſtruuntur, nec ſęculi ſtrepitus irrumpunt, nec intrat mors per feneſtras: ſed ea ſolùm negotia mentem occupant, quæ gerere, hominis plurimùm intereſt.

6 Quid autem dicemus, de theatro illo interno, cuius aſpectu oblectatur animus, qui rerum corporearum ſibi conſpectum interdixit? Porrò ad rem eſt, quod accidit mulieri illi, quæ conſilio Eliſei Prophetæ, prudenter vſa, vaſa multa à vicinis mutuata, foribus clauſis, oleo ad ſumma labia impleuit: mirum quippe in modum è paruo lecytho magnam olei vim diſtillantem intuita, iucundiora intra domum, quàm in vrbis platea ſpectacula vidit: ſic ſanè, qui Sanctorum Patrum conſilio parans ſe condit intra ſe, ac ſpiracula carnis obturat, mirum eſt, quantoperè delectetur, cum lætitiæ oleum in ſenſuum vaſa cernit infundi.

7 Fratres ergo noſtri ſolatijs Dei fruituri, ne moleſtè ferant rerum præſentium aſpectu carere; quem lucra tanta compenſant: ſed actus modeſtiæ proponamus.

EXEMPLVM.

8 ANimaduertendū eſt igitur ſenſum viſus, vt omnium quinque exteriorum præſtantiſſimum, ita velociſſimum eſſe: ac propterea

multa

multa indigere vigilantia, vt licentiam, velocitatemque dediſcat.

9 Notandum verò maximè, ac memoriæ imprimendum eſt, huius modeſtiæ ſtudium eſſe meritorum feraciſsimum; adeo ſanè, vt quamuis grauiora faſtidia, & excelſiores actus aliarum virtutum, puta humilitatis, & manſuetudinis ſint: quia tamen eorum occaſiones raro, aut valde raro ſe offerunt, & oculorum occaſio, frequentiſsima eſt, rebus collatis, ac penſitatis probabile videtur, modeſtiam hanc, quod ad merita paranda ſpectat, cuilibet è virtutibus nobilioribus, & fortaſſe pluribus ſimul eſſe parem: quod & de ſilentio pariter aſſerendum eſt.

10 Ratiò verò aſſerti huius ſic aſsignatur; quo Religio aliqua perfectior eſt, eo minores, & rariores ab alijs mortificationes imminent: ſunt enim omnes mites, humiles, charitate flagrantes, & alijs virtutibus pollent, quarum ſtudio à proximorum offenſione vigilantiſsimè abſtinẽt: ſed & Superiores ipſi fere nihil correptione dignum internoſcentes, ſubditos, quos ardenter amant, leniter exercent, & exercitijs ipſis potius ſolantur, quàm exaſperant, Ex quo efficitur, vt perquàm raro ſerijs moleſtijs ſubditi exerceãtur (nam, quas vita communis Congregationis parit, non appellamus ſerias:) Reliquum ergo eſt, vt moleſtiæ illæ, quas contra proprium appetitũ, quiſque ſibi propter Deum infert, cum ſenſus reluctantes compeſcere ſerio curat, meritorum

fontes vberes ſint. Sed ad internos actus deſcendamus.

ACTVS INTERNI.

11 MOdeſtiſsime Ieſu Chriſte, firmiſsime decerno, me oculos à rebus minime neceſſarijs auerſurum, propter te.

Nolo, mitiſsime Domine, aliquid in hac mortalitate pulchrum intueri.

Profectò, amantiſsime Deus, quamuis ex aſpectu corporum immenſam voluptatem percepturus eſſem, illa non aſpicerem, propter te.

Abſit à me Domine, vt aliquid curioſe intuear.

Quin etiam, optatiſsime Deus, quæ videre licet, intueri nolo, vt te tandem videre queam.

Ex animo delibero dulciſsime Domine me nunquam (quod ego animaduertam) rem aliquam, quæ à te animum diuertat, intuiturum.

Malo, Domine, vt mihi oculi eruantur, quàm vel ſemel illis abuti.

Auerte Deſideratiſsime Deus oculos meos, ne videant vanitatem.

Hos actus valde commendamus, ſi cum externis coniungantur.

ACTVS EXTERNI.

12 NOtandum eſt, non eſſe noſtrum, in hoc libro, de actibus, Scholaſtico more preſsè loqui:

qui: ſed actus nobis erunt, ipſæ actuum omiſſiones, quæ cuilibet tractatui congruent: quod pro modeſtia, & ſilentio peculiariter dicimus: quamuis verè boni actus interni producantur, qui malos externos prohibeant: ideò quippe oculi quieſcunt, nec intuentur, quia hoc, verò ac proprio actu interno ratio imperat.

13 Actus ergò externi (quod ad oculos attinet) ſic exerceri debent, vt mens, cùm occaſiones inſtant, imperet oculis, ne moueantur, ne aſpiciant; aut ſi aſpicere cæperunt, deſiſtant: quod ex diſciplina noſtra, ſic habendum eſt.

14 Incedit frater aliquis per Dormitorium; auribus percipit longinquum alterius expuentis, cellam aperientis, loquentis, vel tranſeuntis ſtrepitum: ſtatim oculi à concupiſcentia curioſitatis moti, quaſi ſaltu, vellent eò ſe proripere: tunc ratio velox, oculis internis in Deum coniectis, debet eos coercere, aiens: Nolo, Domine, aliquid intueri, quod ad te non conferat.

15 Hic modus obſeruandus in ſubiectis euentibus: cùm quis incedit; cùm in Chorum, Refectorium, Oratorium, Recreationis locum ingreditur: cùm quippiam exercet, puta, cùm verrit, vaſa mundat, onus portat, vel quid ſimile obit: ac denique quoties neceſſitas, vel vtilitas oculos non requirit.

16 Quod ideò aſſerimus, quia vbi miniſtrandum Miſſæ, vel menſæ, vel quid eiuſmodi agendum eſt, non ſunt oculi prorſus cohibendi: ſed ſine

licentia

licentia nimia, attentè dıſpiciendum, quid deſit, aut ſuperſit; aliæq. loci perſonarum, & functionis circumſtantiæ conſiderandæ ſunt.

17 Iam autem ſatis patebit, quàm turpè ſit, eorum, quos Fratres alloquûtur ſuperioris præſertim faciem inſpectare: audaciæ quippe genus eſt, à ſtatu noſtro longè ſeiunctum: modus autem cernendi ex grauitate, ac hilaritate, ad quandam mediocritatem, ſiue ſynceritatem, quę licentiam, & ruſticitatem excludat, temperandus eſt.

18 Illud vero, præ omnibus cauendum, ne in publicis functionibus, vel cætibus, ſiue ad animum, ſiue ad corpus attinentibus modeſtia deſit: intolerabilis enim deformitas eſt: in Choro, alterum Chorum, vel ingredientes, vel exeuntes inſpicere: in Refectorio ex menſa vna, eos, qui è regione accumbunt, ingrediuntur, vel abeunt, intueri; in ſupplicationibus, vel dum canitur Antiphona Beatiſſimæ Virginis, & quoties in Eccleſia quid eiuſmodi fit, oculos efferre.

19 Omnem autem modeſtiæ arduitatem Fratres noſtri vincent, ſi præſentiæ Dei ardenter inuigilent: ılle quippe animi intuitus in cælum intentus terræ intuitum prohibebit.

20 Erit quoque ſalubre conſilium, quòd viſus, res momentanea ſit, & facillimè prætereat, aliquod mnimoſynon (quod remedium memoriæ nuncupamus) vſurpare: puta, chordulam brachio religatam, quæ modeſtiæ animum admoneat. Multa quoque alia ſpontè præſtabit, qui

ſubiectas rationes ponderauit.

21 Inter primas, & pueritiæ, ac adoleſcentiæ proprias præceptiones, quibus à pædagogis, ætas illa nobilium inſtituitur, modeſtia eſt; quaſi dedecus ſit, impudentiam, oculorum licentia præferre: nec eſt aliqua in orbe gens, tametſi à Chriſti fide ſit exul, quæ ductu ſaltem rationis honeſtatem hanc non diſcat, & commendet, quod ex nouiſſimis Iaponiæ, ac Sinarum hiſtorijs patet: æquum ergò erit, eos, qui ad aulam cæleſtem erudiuntur, & meliora bona conquirunt modeſtiam ex animo colere.

22 Præterea, certum eſt, quod ad nos attinet, modicam delectationem ex ijs, quæ apud nos videri poſſunt, eliciendam: non enim celebrantur in clauſtris bellorum ſimulachra, nec theatri ludi; vel alia, quæ varietate, ac nouitate delectant: ſed videri poſſunt homines inopes, veſtes rudes, muri non picti, concamerationes parum elegantes, & eiuſmodi alia; quæ licet aliquid nitoris haberent, bis aut ter inſpecta, tædium generare deberent: cur ergò vaniſſima hæc, & ab omni ratione alieniſſima voluptas oculis non denegetur, propter animæ bona pretioſiſſima?

23 Deinde, compertum eſt, Deum feciſſe hominẽ rectum, ipſum verò contra Dei propoſitum, ſe immiſcuiſſe infinitis quæſtionibus: erat enim propoſitum Dei, vt rectà cælum peteret: nec rerum inanium diuerticulis aberraret. cùm ergò, ad hanc rectitudinem inſtaurandam clauſtra

con-

conducant; qualis error erit, clauſtris, quaſi theatris abuti, & ſponte propria, dum oculis laxantur habenæ, in cogitationum, & quæſtionum innumeros labyrinthos incurrere?

24 Neminem quippe latet ex oculorum licentia quæſtiones inexplicabiles oriri, quæ homines, ad interitum pertrahunt; quod & Dinæ filiæ Iacob Sichem vrbem ad eius excidium intuentis, & Dauidis Bethſabee ex aula regia cernentis, & appetentis culpa, & ſenum Babylonis Suſannam contemplantium infęlix exitus oſtendit.

25 Verùm exempla ſunt innumerabilia; quæ rem hanc perſuadere poſſunt: at neceſſaria non videntur, cum quiſque ſui conſcius ſit, & aliqua ex viſu damna perſentiat. Non enim negligentes tantùm, ſed ſtudioſi quoque modeſtiæ cultores, quandòque labuntur: qualis fuit ille, qui (aſſertore in confeſſionibus Auguſtino) cum validiſſimè repugnaſſet amicis eum ad ludos gladiatorios in theatrum pertrahere conantibus hortationum improbitate fractus iturum ſe, at oculos, ne ludos videret cohibiturum promiſit: quod ſanè initio præſtitit: at cum clamor ludorum inualeſceret; curioſitatis ſpiculo vulneratus, oculos aperuit: vidit; damnum cordis ſenſit: & peior multò, quàm venerat, regreſſus fuit. Quid ergò ignaui, qui non repugnant, ſed non rogati, quæ curioſè videant, inueſtigant?

26 Profectò, quantùm oratione,auſteritate vitæ, admonitionum frequentia, & alijs exercitijs corradunt, oculorum euagatione profundunt: & quamuis per annos centum in clauſtro ſe laboribus conficiant, ſpirituales uiri eſſe nequibunt. Qua de re, ſanum conſilium prudentiſſimi Iob ab eorum animis nunquam diſcedere deberet: Fœdus pepigi cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine: cuius ſermonis forma uidetur impropria: pangit enim fœdus, ne cogitet; & non cum intellectu, ſed cum oculis pangit. Sed energia in ſermone multa ineſt: qui enim mala cogitare non uult,cum oculis pactum initurus eſt: quaſi dicamus: portas cogitationum occluſurus.

27 Ceterum, ad ipſum exemplar modeſtiæ Ieſum Chriſtum ueniamus, qui hac in re miram honeſtatem, ad noſtram eruditionem exhibuit. Euangeliſtæ quippe eius modeſtiam (quod grauiſſimi Patres annotarunt) ſcriptis, inter clariſſima opera committendam cenſuerunt. Hoc enim ſibi uolunt illæ dicendi formulæ: Eleuatis oculis in cælum: Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos: Cum eleuaſſet oculos, &c. Nimirum, licèt ſine damno poſſet, non omnia tamen, inſpectabat: quod, quamuis uniuerſi Chriſtiani imitari deberent; à Religioſis tamen ſtrictiſſimè exigendum eſt.

28 Quid uerò de Beatiſſima Virgine adijciemus, quæ inter uniuerſos Adæ filios, illum hac in re

accu-

accuratiſſimè imitata fuit? Certè, qui Virginis imaginem concipit, tantundem agit, ac ſi puellam ſpecioſiſſimam, uerecundiſſimam, & oculis demiſsis honeſtiſsimam depingeret: habitus enim Virgineus aliter repræſentari nequit: & hæc omnium Chriſtianorum conſenſio eſt.

29 Enitantur ergò tantæ Virginis filij hac honeſtate decorari: & hanc filiorum dignitatem inſigni modeſtiæ cultu ubique prætendere: inter alia enim cæleſtis patriæ gaudia, hoc eis pro hac ſedulitate reddetur, ut pulcherrima, & ſuauiſsimo decore præſtantiſſima Ieſu Chriſti, ac Beatiſsimæ Virginis corpora cernant.

De Silentio. *Cap.* X V I.

1 SI quis putat ſe religioſum,hoc eſt, Dei cultorem eſſe,non refrænans linguam ſuam,(ut Iacobus Apoſtolus ait) huius uana eſt religio, ſiue latria.

2 Grauiſsimum certe aſſertum eſt: uidetur enim Apoſtolus permittere, ut quis uirtutes alias quantùmuis colat; hoc excepto, ut linguam moderetur; & hunc, quaſi ueræ fidei, ſeu religionis exortem, uanum appellat.

3 Ex quo ſatis ſe prodit ſilentij laus: quam linguæ modeſtiam licet nuncupare: neceſſe quippe

eſt, ſi linguæ licentia homines facit quaſi religionis expertes, ſilentium faciat ſanctitatis verę conſortes.

4 Et quidem, vel ipſum nomen (ſilentium) habet neſcio quid peculiare; ſanctum, tranquillum, reconditum; quo videtur animum ad interiora, ab exterioribus reuocare: cuius certè honeſtas tam eximia eſt, vt ſacras ſiue virorum, ſiue mulierum ædes, præ vniuerſis virtutibus alijs decorare videatur: quod ſapientes viri eò ingreſſi ſtatim animaduertunt, & ad ſe reuerſi ſanctitate ſilentij contrahuntur.

5 Habet enim affinitatem quandam cum diuina contemplatione, ac mentis ſuſpenſione: quæ aliquid ſæculo altius tacendo ſignificat: quod licèt non omnes homines capiant, omnes tamen admirari videntur: quo certè ſolo argumento ſilentij excellentia ſatis oſtenditur.

6 Nobilitas profectò egregia eſt, & valdè fœcunda, tot enim bonos partus edit, tot lucra comparat, quot verba inutilia reſecat: præter commoditatem maximam, & cordis tranquillitatem; quam ſingulari prærogatiua conciliat: vt quiſque, quoties, vbi opus eſt, ſilet, de ſeipſo teſtari poteſt.

7 At verò nullus orator, etſi diſertiſſimus, exprimere valebit, quàm ſint amabilia non ſolùm diuina, & interna colloquia, ſed & ſoliloquia, quæ hominum ſermoni ſuccedunt. Dulciſſima enim ſolitudo eſt, vbi Deus cordi blanditur, & vno

ſaltem

ſaltem verbo, maiora ſolatia præſtat, quàm ex vniuerſi mundi eloquentia, per annos millenos elici poſſent.

8 Profectò ſilentium via ſolitudinis eſt, qua mens Dei cupida ab hominum ſtrepitu, in tutiſſimam pacem inducitur: cui benè congruit illud: Ecce ego lactabo eam, ducam eam in ſolitudinem; & loquar ad cor eius: quaſi diceret: Amantiſſimus Deus non fugit hominum lac; non enim labijs papillas apprehendit: odit peccatores qui eam ſermonibus blandis lactare volunt, nec acquieſcit eis. Propter hoc, ego lactabo eam ab hominibus ſequeſtratam: & exponens quid ſit lactare eam, ſubiungit: Loquar ad cor eius: ſcilicet ſolabor eam; & hominum verbis diuina verba ſuccedent.

Fratres ergo noſtri, qui è Babylonis tumultibus, in ſolitudinem ſe receperunt, vt Clementiſſimum Deum ad cor loquentem audirent, totis viribus in ſilentij cultum incumbant; & purgatis cordis auribus, ſola Dei verba deſiderent. Sed actus, quibus lingua coercenda eſt, proponamus.

EXEMPLVM.

10 EXpendendum eſt linguam eſſe feram quandam indomitam, quæ nullis conatibus, vt Iacobus Apoſtolus dixit, ab homine vllo domari potuit: cuius damna plurima, & grauiſſima ſunt. Habet enim expeditionem quandam præcipitē;

& ſtatim ac loquendo incaluit, omnia modeſtiæ clauſtra perrumpit; modicus videtur ignis, ſed magnam ſiluam incendit.

11 Propter hoc Patres antiqui, inter prima, & potiſſima Cœnobiticæ vitæ præcepta, ſilentium poſuerunt; cuius vtilitatem miris encomijs, quæ fidem ſuperare videntur, celebrarunt. Nemo enim, qui Sanctorum ſcripta non legerit, facilè credet tanti ponderis eſſe ſilentium, quanti ab eis factum eſt. Videtur enim virtus hæc non ad cor, ſed ad labia, & (vt ita dicamus) ad hominis ſuperficiem pertinere: at verò licèt labia moderetur, ipſa viſcera permeat, & afficit.

12 Hinc eſt, vt, quaſi rem ſummoperè neceſſariã, & ad vnionem diuinam exquirendam, & ad culpas proprias, & proximorum ſcandala plurima declinanda, ſic Patres ſilentium cõmendauerint, vt medium virtutis excedere viſi fuerint. Cum enim ſilentij virtus non omnia verba, ſed noxia tantùm, hoc eſt, quæ neceſſitas, vel vtilitas nõ requirit, excludat; illi ſic rem premere curarunt, vt, & vtilia quoq. verba iunioribus nõ facilè permiſerint: notum eſt enim S. Vincentium Ferrerium, nutus, quaſi extorſos verborum vice conſuluiſſe.

De Vita ſpirituali.

Verùm re interno lumine perpenſa, prudentiſſimè (vt qui à Spiritu ſancto regebantur) ſilentij præcepta tradidere. Cum enim omninò loquẽdum eſſe conſideraſſent, & ipſi ſummo ſtudio ſilentium colentes, in culpas leues, quas morte peiùs horrebant, ſæpè loquentes incidiſſent; huma-

humanæ conditionis fragilitatem præſagientes iudicarunt;ſalubriùs,aut minùs noxium eſſe verborũ defectu,quàm exceſſu peccare:defectus quippe rariùs,& leuiùs; exceſſus frequentiùs, & grauiùs lædit: quia proximis quoque nocet.

14 Ex hoc in Congregatione noſtra conſuetudo inoleuit,vt fratres,nunquam, niſi de Superioris venia, verba faciant;excepta ſalutatione mutua, & parciſsimis interrogationibus, & reſpõſis neceſſarijs: quæ tamen arctiſsimi ſilentij tempore vbi nec ſalutationes mutuæ ſunt, ſchedulis in morem inductis ſcripto expediuntur.

15 Quamobrem,& Patrum antiquorum, & Congregationis noſtræ diſciplinæ conſentaneum eſt; vt potiùs in ſilentium nimium,quàm in linguæ licentiam propendeatur: nec aliter eius virtutis medium, proceſſu temporis teneri; experientia ipſa conuincit. Quia tamen omninò loquendum eſt,cùm neceſsitas id exigit, voce ſubmiſſa,& audientibus attemperata, quæ animi ſilentium colentis nota eſt,& verbis quoad fieri poterit,pauciſsimis fratres vtantur, ſed actus ſilentij præſcribere opus eſt.

ACTVS INTERNI.

16 MOdeſtiſsime Ieſu Chriſte pone cuſtodiam ori meo,& oſtiũ circumſtãtiæ labijs meis. Statuo,mitiſsime Domine,ab omni uerbo,quod neceſsitas,uel utilitas non exigat, abſtinere.

Si

Si oportuerit mori, propter ſilentij cultum à Congregatione præſcriptum, non te negabo.

Si exploratum mihi fuerit, verbum aliquod otioſum eſſe, etiam ſi occidar, ſilebo.

Abſit à me Clementiſſime Domine, vt conſcientia renitente loquar.

Si ad loquendum inuitatus fuero, vbi rationes humanæ, ob perſonæ grauitatem, vel cauſas alias verba ſuggeſſerint, rationi diuinæ ſilentij obtemperabo.

Vtinam benigniſſime Deus, potiùs obmuteſcam, quàm vel vno verbo tibi non grato abutar.

17 Actus hi tunc efficaces erunt, cum oblatis occaſionibus Deo potiùs ſilentium interiùs inſpiranti, quàm hominibus exteriùs ſuadentibus parebitur: quapropter actus externos, hoc eſt, occaſiones, & cultum ſilentij exteriorem exprimamus.

18 Hoc autem monitum hoc in loco tempeſtiuũ eſt: ne videlicet fratres noſtri aliorum indignationem pertimeſcant, dum virtutis actus obeũt: benè quippe congruit, quod dixit Apoſtolus: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Conentur ipſi ad Obedientiæ lineam ſuas actiones exigere: quòd ſi fortuitò, quis inde commoueatur (nam exerceri opus eſt) patienter ferant: ſed conſilium neutiquam mutent.

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS EXTERNI.

19 HAbet frater aliquis obuium patrem grauiorem (vt faciliora ex difficilioribus pateant) ſalutant mutuò: ſed pater ille ſubſiſtit, & ſciſcitatur, an valeat? quæ certè interrogatio fortaſſe reprehendenda non eſt, ſed cùm neceſſaria non ſit, nec verò vtilitas appareat; partes fratris illius erunt, iucunditatem aſpectu præferre, ac beneuoli animi ſignificatione patri ſatisfacere: at intrinſecus firmiter conſtare: & in hunc modum, vel alium ſimilem, actum ſilentij producere: Malo Domine tecum, quàm cum hominibus colloqui.

20 Quod ſi pater ille inſtet, pergat beneuolentiã oſtendere, ſi diſcedere nequeat: ſi verò poſſit, lætus abſcedat, & Clementiſsimo Deo, propter oris cuſtodiam gratias agat.

21 Quiſquis hoc modo, ſilentij amore flagrat, & victorias frequenter parat, omnino ſibi perſuadeat, ſe Deo rem accептiſsimam, & proximis ipſis quoque, qui reſponſa extorquere velle videntur, vtiliſsimum effecturum: & totius Domus Dei decorem, non vulgariter aucturum.

22 At non huiuſmodi congreſſus tantùm, ſed grauiora experimenta ſuperare oportet: ſæpè enim, à patribus, vel fratribus, ſub ſpecie virtutis, fratres nouos, ad eorum profectum tentari opus eſt: vt pateat qua conſtantia, & fidelitate præditi ſint;

ſint; & quo pacto, rerum ſpiritualium doctrinam capiant, & virtutis actum à virtutis colore diſcernant.

23 Hinc perſpicitur: quàm turpiter errent, fratres, qui abſente ſuperiore mox vt inuitantur, in verba prorumpunt: longiſsimè quippe à vera virtutis cultura recedunt: & ſibi, & proximis, & decori domus Dei grauiter nocent. Curent ergo fratres noſtri linguam domare, & meliora Dei verba, ipſa taciturnitate requirere: quod vt efficiant, ſubiecta rationum momenta perpendant.

24 Nemo vnquam linguæ pericula iuſtà trutina ponderauit, quantumuis à fide Chriſti eſſet alienus, qui linguam non extimuerit, quaſi præſentiſſimum venenum, quod & ſcriptorum Ethnicorum aſſerta demonſtrant. Vix enim, non ſolum peccata, ad peccatorũ quoque genera, quæ ab vna lingua exoriuntur, enumerari poſſunt: cuiuſmodi ſunt detractiones, murmura, lites, rixæ, contentiones, mendacia, periuria, blaſphemiæ, & alia teterrima flagitia: quin etiam, & reliqua peccata, aſſerendo, negando, & defendendo, ſimulando, incitando: vehementer exaggerat: quomodò ergò vero proficiendi deſiderio linguæ incuria cohærere poteſt? aut quomodò ſe ore proprio non damnat, qui perfectioni Chriſtianæ addictus eſt & linguã ſine timore relaxat.

25 Sicut autem & innumera, & ingentia ſunt linguæ mala, ita ſilentij non apud Deum tantùm,

ſed

ſed apud homines quoque ſunt plurima, & pretioſiſſima bona. Profectò enim vir ſilentio deditus à ceteris hominibus, quaſi quædam ſapientiæ arca obſerata ſuſpicitur: ſtatimque ac ſilere incipit, prudentiæ opinionem generat; & neſcio qua ratione, ſine diſciplina doctus, ſine experientia prudens habeatur. Sed quicquid lateat prudentiæ pars eſt, ſtultitiam, vel imperitiam ſilendo celare: & vt vulgò dicitur: Stultus quandiù tacet habetur ſapiens.

26 Sed profectò, quamuis multam doctrinæ vim quis comparauerit, vix ſi ſermonem diù producat, à multis erratis immunis euadit: ſumma enim circumſpectio ad rectè loquendum exquiritur, & re penſata, facilius multò eſt, omninò ſilere; quam ſine vitio loqui: quænam ergò mens erit Monachi illius, qui cùm nec doctrina, nec experientia polleat innocentiam ſibi pollicetur, vbi ſapientes, prudenteſque labuntur?

27 Præterea nemo dignitatem vllam in ſæculo quærit, qui ſollicitudine mira media opportuna vſurpet: & ad rem noſtram, ſi ad eum finem taciturnitas conferat (vt ſæpè coram principibus conferre ſolet, ad verecundi animi, vel prudentiæ laudem comparandam) non ſe à verbis ſtudioſe contineat? cum ergo finis inſtituti noſtri ſit vnio diuina, quæ ſilentio, velut medio appoſitiſsimo, perquiritur, par erit, per eius perenne ſtudium ad ſublimiſsimam illam dignitatem aſpirare.

28 Hinc

28 Hinc eſt, vt antiquiſsimi vtriuſque teſtamenti Patres, qui Cœnobiticæ diſciplinæ fundamenta poſuere, acutiſsimè linguã cohibuerint, ne à tantæ rei ſtudio diuerterentur: non enim ſolitudinis amor niſi propter diuinam vnionem, nec hominum fuga, niſi ob linguæ timorem, & alia eius generis damna, eligebantur: quod vnus pro multis innocentiſsimus Ioannes Baptiſta conuincit, vt in eius hymno canit Eccleſia: ſi ergo fratres noſtri eò tendunt; non ſine præcipiti temeritate linguæ indulgère poterunt.

29 Verùm inter vniuerſa exempla, vel rationum pondera, quæ ad ſilẽdum animos vrgere poſſunt, Ieſu Chriſti D. N. hac in parte, ſigna vſque ad ſtuporem mirabilia contemplemur. Etenim, Verbũ Dei erat, nec verba ei deeſſe, aut periculum creare poterant: & tamen per annos triginta ſiluit, vix tres loquendo peregit. Quid autem hoc prodigio maius, vel ſperari, vel cogitari, vel fingi poteſt? Minus eſt ſanè, quidquid auctores vniuerſi, vel profani, vel ſacri, de oris cuſtodia exaggerant, quàm quod hoc vno exemplo, cui multa miracula cedunt, amplexi ſumus, & declarare iam cupimus.

30 Si enim eò Dei filius venerat, vt Dei ſcientia terrarum orbem repleret, ac ignorationis hæreditariæ, qua genus humanum laborabat, tenebras depelleret, quomodò tacuit? an homines longa eruditione non egebant, & optabant, vt dirumperet cælos, ac deſcenderet, & erudiret

primo-

primores orbis, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret?

31 At verò rationis incrementa perſpiciamus. Exploratum eſt, perfectiſsimum ſilentij cultum eum eſſe, quo, in grauiſsimis periculis, & damnis tacetur; nam vbi ardua non imminent, virtutis cultus non vſque adeo eximius eſt: mitiſsimus autem Ieſus Chriſtus, coram ſe tondentibus obmutuit, & iuxta Iſaiæ vaticinium, non aperuit os ſuum. quod Euangeliſtæ altè notarunt: quid ergo ſignificauit?

32 Sanè, cum ad Herodem pertractus, & curioſiſſimè rogatus, grauiſsimè ſiluit, cùm aſtarent optimates vrbis conſtanter accuſantes eum, poterat Dei filius pauciſsimis verbis vanum regem illum delectare, ac ab eo libertatem impetrare: & tamen ſiluit, & repulſus, ac deriſus fuit. Oportet ergo aliquid magnum hac taciturnitate portendi.

33 Quid autem apud Pilatum? Vbi miſſam facimus crudeliſsimorum latronum præpoſteram electionem Barabbæ, cùm facilè Dei Verbum poſſet duriſsima quoque ſaxa dicendo mollire, ac innocentiam ſuam contra hominem inuidioſiſsimum, tueri. Sed cùm homines inſani, & à diabolo agitati apud Pilatum rabidè inſtarent, & multa mendacia obijcerent, Virginis filius tacebat: nec Præſidis admonitio vnum ſaltem uerbum ab eo impetrare potuit.

Quis hic Monachus non ſuſpenſus hæreat, &

ſcire

ſcire cupiat, quid ſibi uelit hoc Ieſu Chriſti ſilentium?

34. Agebatur grauiſsima cauſa: incarnati Dei uitæ mors iniuſtiſsima, & diriſsima imminebat: intererat generis humani, ac peculiariter vrbis illius à Deo in delitijs habitæ, Chriſti ueritatem agnoſcere: & tamen interrogatus tacet: quin etiam, interrogatus de ueritate, quid ſit, tacet. Quid eſt hoc? Vſquequò degeneres Monachi linguæ uincula ſoluent? quomodò non erubeſcunt, & Chriſti iudicium reformidant?

35. Puteus altus eſt, & in quo ſilentij huius aquam occultam hauriamus, non habemus. Mirari neceſſe eſt, dum rem conſpicimus, & cauſam ignoramus: nec uacaret culpa Monachus, qui ſine admiratione, rem grandem hanc præteriret: quæ homines Ethnicos efficaciſsimè moueret. Siluit enim Dei filius, & tam excelſe, ac inſolite ſiluit, ut miraretur Præſes uehementer. Profectò ſi Pilatus homo reprobus admiratur, æquum erit Religioſos obſtupeſcere?

36. At ſtupor hic eò prodeſſe debet, ut rei cauſam inueſtigent: Quod ſi inueſtigando deficiant, unũ ſaltem apud ſe ſtatuant, ſilentium exactiſsime colendum eſſe, & à Chriſti ſchola loquaces, uel linguæ incurioſos longiſsime diſtare. Certe, niſi tacere hominum interfuiſſet, Ieſus Chriſtus per annos plures prædicaſſet: cùm ergo tandiù taciturnus egerit, dicendum uidetur ſilentium illud ad ſalutem, & perfectionem noſtram æque ac

eius

eius prædicationem contuliſſe: quare ergo non ſit immane crimen ſilentium Chriſti reijcere; ſi crimen atrox eſt, eius verba repudiare?

37 Expendant ergo fratres noſtri rationes has à tanto exemplari de promptas, & perdulciſſimum Ieſu Chriſti ſilentium vitæ verba requirant.

De Gratitudine Cap. XVII.

1 AEquiſſimum eſt ſanè quicquid animum à Deo dimouet, vt ſenſuum inutiles functiones oculorum modeſtia, & taciturnitate, intercidere: ſunt enim tot, tantaque debita, quibus clementiſſimo Deo ſumus obnoxij, vt ad agendas pro beneficijs gratias, omnes animæ vires intus contrahere oporteat.

2 Quapropter ſuauiſſimam virtutem gratitudinis, quæ velut neglecta apud multos iacet, ab ijs quos Deus maioribus bonis auxit, quales fratres noſtri ſunt, impenſius exerceri decet.

3 Eſt autem gratitudo (quæ & gratia nuncupatur, & ad iuſtitiam reducitur) virtus, qua quis ex accepto beneficio, affectum erga benefactorem concipit, & ſuo tempore gratias agit, ac pro viribus retribuit.

4 Quàm ſit autem decora virtus hæc ingenio dulciſſimo prædita, tam eſt per ſe notum, vt expoſitore non indigeat. Norunt enim homines vniuerſi animos gratitudine inſignes

vim quandam cordium victricem habere, ceteroſque ſuauiter allicere: ſicut è contrario ingrati homines à ſe corda repellunt.

5 Vtilitatem quoque gratitudo maximam præſtat: omnes quippe in homines gratos libenter beneficia conferunt: & primorum gratia, ſecunda, & tertia elicit: quod exemplis quotidianis ediſcimus.

6 Delectat quoque collatorem, ac receptorem ſimul, quos reciproco amore connectit, & affectibus certare facit.

7 Et hæc ſanè, aſſerta apud nationes vniuerſas veriſſima ſunt ipſo naturæ lumine probata: ſed ſi de diuinæ gratiæ affectibus ſermo fiat, multò veriora, & honeſtate, & lucro, & voluptate pleniora probantur. Mirum quippe dictu eſt, naturalem hominis gratitudinem quantoperè gratia diuina perficiat: cuius maiora, & optabiliora bona fortiùs, & ſuauiùs mouent.

8 Quantò enim gratitudine dignius eſt Deo naſci, quàm Mundo? & tamen homines Ethnici natalis cœnam, multa gratitudine celebrare ſe debere putabant: quod nimis vulgatũ eſt: quid ergo Dei filios cœlo natos præſtare deceat?

9 Sed quamuis creaturæ omnes, pro captu ſuo, virtuti huic ſe debere debeant, fratres noſtros, qui longè maioribus beneficijs vnà cum ſtatu noſtro aucti ſunt, gratitudinem, velut cordis ornatum pretioſiſſimum, & ardentiſſimè amare, & excolere oportebit. Sed actus, qui ad eam paran-

parandam, & augendam conducunt expromamus.

EXEMPLVM.

10 PErpendendum eſt, gratis animis non ſatis eſſe, gratiam habere, quod ad bonum ſpectat affectum; ſed gratiã referre, quod ad opus attinet.

11 Hinc eſt, vt interni actus, quibus affectus augetur, cùm pro libito poſſint, creberrimè producendi ſint: externi verò, cùm facultas modica ſuppetat, non adeò exerceri valeant. Sed quod ad Clementiſſimum Deum pertinent, cum ei nihil, quod ſuum non ſit, reddere poſsimus, ipſiſmet beneficijs, quæ confert, ad gratiam referendam vti poſſumus, ac debemus, vt ex actibus patebit.

ACTVS INTERNI.

12 DVlciſsime Deus habeo tibi gratiam, pro immenſis tum naturalibus, tum ſupernaturalibus bonis, quibus me ſemper cumulas.

Miſericordiſsime Domine, quid tibi pro creatione, conſeruatione, redemptione, iuſtificatione, præſeruatione, auxilijs, inſpirationibus, reddam? Amantiſsime Domine, quid pro malis, quæ non committo, rependam, Cùm tot ſint beneficia, quot in mundo perpetrantur peccata?

Benigniſsime Domine, quid pro bonis operibus verbis, cogitationibus te donante, à me conce-

ptis, & præſtitis referam? Quippe, qui niſi te largiente nihil boni cogitarem?

Optatiſſime Deus, hac ipſa hora, vt commerui, flammis inferni comburerer, & beneficio tuo liberatus ſum: quid ergo tibi retribuam?

Liberaliſſime Domine, contuliſti in me ius hereditatis æternæ (vt ſpero) quid agam?

Fideliſſime Deus prouidiſti ſacramenta, verbi tui paſtum, conſilia, ſolatia, & alia multa, quibus adiuuer, vt ad te citius, commodiuſque perueniam: quid reſpondebo?

Reddo tibi Domine cor meum: offero viſcera mea: ſacrifico tibi in hoſtiā laudis pręcordia mea.

Vtinam, amabiliſſime Deus vniuerſa, & Angelorum, & ſanctorum, & quotquot in vniuerſo mundo tibi placent, filij præſertim tui Vnigeniti, ac matris eius corda poſſiderem, quæ tibi gratiſſimo affectu conſecrarem.

Quo pacto poſſum, dulciſsime Domine, Ieſum Chriſtum Redemptorem meum, ac Beatiſsimam virginem, & omnes Angelorum Hierarchias, & Beatorum reliquorum iuſtorum animas, quas rogo mihi ad gratitudinem ſociari, tibi pro beneficijs reddo.

13 Satis patet huiuſmodi actus poſſe multifariam concipi, & ad cor excitandum apprimè conducere, ſed ad externos veniamus.

ACTVS

ACTVS EXTERNI.

14 MOs Ieſu Chriſti Domini noſtri erat etiã pro modicis rebus Patri ſuo æterno externa veneratione gratias agere: Non enim ſolum, cum Lazarum ſuſcitauit (quod maius quiddam eſt) ſed quoties turbas paſcebat ad ipſam panis illius, quem miraculo augebat, diſtributionem, oculis in cælum ſublatis, Patrem laudabat.

15 Mos antiquiſſimus eſt, qui ad omnes nationes permanauit; ſed fratres noſtri illud eniti debent, vt ex ardentiore gratitudinis, non ſolum quicquid eis erogatur, cuiuſmodi ſunt veſtes, victus, elemoſynæ communes, & alia vniuerſa Deo gratias agentes accipiant: ſed ad aliqua, vel certè omnia exteriora opera, quaſi grati animi debita Deo reddenda procedant: quod eſt idem, ac ſi diceremus; eos ita erga Clementiſſimum Deum pro immenſis beneficijs affici debere, vt per opera, quæ præſtant peculiaribus cordis motibus ei gratiam referre conentur.

16 At cum ſolennioribus feſtis maxima redemptionis, ac ſalutis noſtræ beneficia celebrantur, & preces, & orationem, & potiſſimum, ſacram communionem, quaſi hoſtias pro gratiarum actione interno motu cordis, & externo illorum

actuum ſigno immolent: & ſpontanea quoque verbera, vel cilicia, vel eiuſmodi alia ſuperioris conceſſu ſacrificent. Vix enim explicari poteſt, ad alendam deuotionem hæc exterius teſtata gratitudo, quantùm conferat. Ne verò fratres noſtri, ad hanc virtutem colendam deſides fiant, ſubiectas rationes ponderabunt.

17 Animantia quantumuis fera beneficijs quendam quaſi gratitudinis affectum, & ex eo etiam obſequia referunt: quod paſsim, cum voluptate, contuemur. Quis rogo non auidè ſpectaret leonem paulo antè rugitu formidabilem, qui quod in conflictu, cum immani dracone ab homine adiutus fuit, interempto dracone benefactori ſuo blandiebatur, & more canis ad oblectamenta nutriti equitantem inſequebatur, nec ab eo diuelli poterat. quod in Africa ſuperiore, quæ Mediterraneo mari propinquior eſt, non ante multas ætates nouimus accidiſſe.

18 At quis vnquam, niſi teſtis oculatus eſſet, vera crederet, quæ in hoc genere canes oſtendunt: qui catenis obligati, & mille ictibus vexati, ob panem modicum, quo à dominis aluntur, tam fideles, & grati perſeuerant, vt ſingularem mœſtitiam præferant, quin, & obiectos cibos edere nolint (quod nos vidiſſe meminimus) ſi quando ab eis abeſſe contingat?

19 Ceterum, quale prodigium fuit (quod S. Ambroſius ait) cernere, canem, dum cadauer Domini efferebatur, feretrum inſequentem, hærentem

tumulo, ac mœſtiſsimis vlulatibus benefactoris ſui mortem proſequentem?

20 Profectò ſi leones, & canes (vt alios animantes ſileamus) vſque ad ictus, & mortem ijs, quorum benefacta ſenſerunt, gratiam, quà poſſunt, referunt: rationi conſonum erit, viros non ſolum Chriſtianos; ſed Religioſos in ſortem dulciſsimi benefactoris, ac Dñi iuratos, animi grati ſigna exhibere.

21 Certè natura ipſa ingratitudinẽ exhorreſcit: & in ſe quandam ingrati animi repræſentat imaginem: quemadmodum enim terra, quæ accepta ſemina ægrè reddit effœta, & ſentibus, ac tribulis obſita cultores ſpe fruſtratos à ſe repellit: ita qui acceptis beneficijs minimè reſpondent, non hominum tantùm, ſed ipſius quoque Dei animum abſterrent: ex quo fit, vt ingratitudo fontem miſericordiæ areſacere iure dicatur.

22 Hæc altius contemplantes illi Priſci mundi contemptores, qui Cęnobitica inſtituta condidere, velut auari mercatores, opes multas conquiſituri, ut ære alieno liberarentur, dies noctesque ſpiritualibus exercitijs conſecrabant: quod ex attentiſsima beneficiorum diuinorum meditatione procedebat; quid enim agerent grauati? Certè benefacta Dei, quaſi grauiſsima pondera meditantibus incumbebant.

23 Verum rem ipſam nos quoque meditemur. An ferendum ſit hominem, qui certò nouit ſe multa igne ſempiterno digna peccaſſe, & ſolo Dei bene-

ficio; gratis modò non ardere; immò ad æterna ſolatia inuitatum rectà, (vt credere licet) in cælum tendere; & non magis horum beneficiorum meminiſſe, vel gratiam rependere niti, quàm ſi propria, vel naturalia tantum bona forent? Profectò licèt, ob ſolum beneficium liberationis illius ab homine, ſeruitutem æternam, putà, vt ferrum effoderet, Deus exigeret, nec vlla deinceps bona, præmiauè polliceretur; liberaliter, & miſericorditer admodum cum illo ageret: ſi enim in æternum arſurus erat, ferri effoſſio mitis labor eſſet: & tamen non modò pœnam æternam relaxauit, ſed gloriam quoque pro iugo ſuaui promiſit.

24 Vlterius: vt è plurimis pauciſſima ſeligamus: quis vnquam, niſi re à Deo reuelata mente concipere, nedum ſperare auſus fuiſſet, Deum pro villiſſimo peccati, ac diaboli mancipio, Vnigenitum ſuum rerum Dominum, honore infinito digniſſimum, infami morti, & turpiſſimis ignominijs acerbiſſimo dolore permixtis traditurum? Certè beneficium hoc totum, quod hiſtoriam incarnationis, vitæ paſſionis, ac mortis Ieſu Chriſti complectitur, ita cuiuſque hominis eſt, ac ſi nullius alterius eſſet: Cum ſe Chriſtus totum pro ſingulis quoque hominibus obtulerit: quomodò ergo cor hominis, & ſi lapideum ſit, hanc vim efficaciſſimam, ſine immenſa gratitudine ferre poſſit?

25 Quid de nutrimento filiorum Dei aſſeremus

quo-

quomodò obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt auri color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? Nunquàm ab orbe condito,venit,aut venire potuit in mentem vlli homini tale beneficium, quale præſtitit nobis diuini amoris immenſitas in Euchariſtiæ pane. Et tamen qui deberent amore, ac inde orta gratitudine flagrare, ferrea quadam nigredine obſcurati ſunt igniti auri colore mutato: & qui nobiliorem, ac ſecretiorem Sanctuarij hoc eſt, domus Dei partem; quaſi lapides viui componebant; ſtudio mutato ad negotia, quæ in plateis geruntur: euagantur. Quid eſt hoc? mirum eſt quo pacto diuina beneficia, & maxima,& plurima, & ad conuertendas animas efficaciſſima obliuioni tradamus!

26 Quod ſi è multis paucos videmus bonis internis opulentos, gratitudo eſt, quæ quò magis alitur, eò ſinus cordis latiores ad bona capienda efficit.Ex hoc lectiſſimo numero fuit rex ille mitiſſimus Dauid, qui magnam vitæ partem, inter ipſas regni curas, in canendis, & ſcripto celebrandis Dei beneficijs exegit: quod qui ex Pſalmis non deprehendit, cœcus ſit, neceſſe eſt. Propter hoc ergo tam fœlix, & ſapientia cœleſti diues fuit.

27 Ex eodem quoque numero Paulus fuit, qui gratia Dei ſe eſſe, quod erat, intentiſſimè cogitauit, & affectum gratitudinis, qua erga Ieſum Chriſtum cæleſtem præceptorem ſuum ardebat,

nun-

numquam depoſuit, propterea locupletiſſimus euaſit, & vſque ad cæli faſtigium creuit.

18 Fratres ergo noſtri, præter eam communem gratiarum actionem, quæ vſu lenteſcere ſolet, penitiorem aliam, honeſtiorem, ac vtiliorem intimis viſceribus defigant, & perennibus aſpirationibus augeant: ſic enim munificentiſſimus Deus, qui benefaciendi occaſiones captat, animos eorum gratitudine patentes maioribus bonis explebit.

De Magnanimitate. Cap. XVIII.

1 QVi beneficia maxima Clementiſſimo Deo ſe debere perſpicit, quod eſt gratitudinis, magna moliri debet; vt pro captu ſuo gratiam referat: ex quo efficitur, vt magnanimitas virtus propria ſit, eorum, quos Deus magnis auxit beneficijs: cuiuſmodi Fratres noſtros eſſe à nemine in dubium reuocari poteſt.

2 Eſt autem magnanimitas virtus, qua animus extenditur ad magna; vtpote, fortitudinis comes, cuius eſt egregia facinora patrare: ſedem habet in Iraſcibili; eiusq. materia, eſt honor magnus, ſeu gloria, non quia gloriam exquirat, vt finem (hoc enim parum eſſe putat) ſed opus magnum, quod honore dignum eſt: ac ob id virtutibus vniuerſis nobiliſſimum addit ornamentum.

3 Percurrit quippe campos omnes, & caſtra

Dei

Dei viuentis, hoc eſt, virtutum agmina, cæleſtibus armis ſepta perluſtrat, vt grandia præſtent: nec enim magnanimitas mediocri laude contenta eſt.

4 Hinc eſt, vt virtutis huius Chriſti militibus digniſſima honeſtas adeò mira ſit, vt vel ipſo nomine ſui æſtimationem ſingularem generet. Magnitudinem in Dei operibus exquirit: cor ad progreſſionem pulſat: & ignauiam omnem, ſeu debilitatem execratur.

5 Quem ergo virtus hæc ſpecioſiſsima non alliciat, cum nemo ſit, cui pro humana conditione magnitudo non placeat?

6 Ex hoc verò magnarum rerum propoſito inſignia emolumenta naſcuntur: certum eſt enim, eum, qui Cardinalitiam dignitatem expetit, plura, & maiora paraturum, quàm ſi alicuius Eccleſiæ ſimplicem prælationem quæreret: dum enim purpuram mente verſat, ſi conatus eò non pertingunt, Epiſcopatum ſaltem attingunt: at ſi ſolum Eccleſiæ prælationem illam optaret, vix vnquam exilibus medijs Sacerdotium ſimplex acquireret.

7 Sic ſanè, in Chriſtianæ perfectionis conatibus vſu venit; qui enim Sanctiſsimos Patres, (quos in Eccleſiæ colimus ſenatu) æmulari decernit, licet eò non perueniat, excelſam tamen, pro magnanimitatis modo, ſanctitatem adipiſcitur: at qui humilitatem quandam apparentem, ſed veram ignauiam prætexens parua cogitat, vix vmquam,

quam, vt exempla quotitiana conuincunt in claustro mediocriter proficit.

8 Patet ergo magnanimos diuites eſſe: ſed non anxietatem, ad miram delectationem eæ diuitiæ pariunt: quid enim delectabilius, quàm ea cordis generoſitate pollere, quæ parua deſpiciat, labores paruifaciat, cælo propinquet, ac à Deo ſe magnis incrementis augeri conſpiciat: innatum quippe homini eſt, magni patrimonij, hæreditatis, ſeu dignitatis magnæ, & vniuerſæ rerum magnarum poſſeſſu lætari: præterquam quòd animos huic virtuti deditos, quaſi diuinos, quia ſibi admodum ſimiles, Deus ardentiſsimè amat, & proinde cæleſti voluptate perfundit.

9 Hæc ergo virtus Fratribus noſtris ad magna vocatis acceptiſsima ſit: & ad propoſitam eis palmam comparandam inſtituti noſtri ſtadium excelſo corde percurrant. Sed actus magnanimitatis exprimamus.

EXEMPLVM.

ACTVS INTERNI.

10 EXcellentiſsime Deus, quem ſine cordis erectione non poſſum attingere, cupio Apoſtolicas virtutes comparare.

Imprime, fortiſſime Deus, robur magnum cordi meo; deſidero enim heroicos virtutum actus producere, propter te.

Deſpi-

Deſpicio, altiſſime Domine, omnes mundi honores, & faſtus calco, vt ſupra mundum extollar ad te.

Vtinam, potentiſſime Deus, vniuerſam mundi claritatem, & famam; nunc haberem, non vt poſſiderem, ſed vt contemnerem propter te.

Opto Domine Iob patientiam aſſequi.

Vtinam te more Pauli diligerem.

Vtinam me, ſicut Magdalenam peccatorum meorum pœniteret.

Certè clementiſsime Deus daturus ſum operam, vt Angelico more in terris viuam.

Conabor Domine occaſionem pro te martyrium ſubeundi perquirere.

Quoties quid arduum in cultu virtutum occurret, ego, dulciſsime Deus, me offeram pugnaturum propter te.

Abſit à me, Domine, vt animum deſpondeam à Chriſtiana perfectione comparanda.

In mandatis tuis excellenter exercebor; & conſiderabo vias tuas: In iuſtificationibus tuis intentiſsimo corde meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

Actus hi cor erigunt, & contra incurſantia mala conſtabiliunt, ſed horum veritas operibus examinanda eſt.

vim quandam cordium victricem habere, ceteroſque ſuauiter allicere: ſicut è contrario ingrati homines à ſe corda repellunt.

5 Vtilitatem quoque gratitudo maximam præſtat: omnes quippe in homines gratos libenter beneficia conferunt: & primorum gratia, ſecunda, & tertia elicit: quod exemplis quotidianis ediſcimus.

6 Delectat quoque collatorem, ac receptorem ſimul, quos reciproco amore connectit, & affectibus certare facit.

7 Et hæc ſanè, afferta apud nationes vniuerſas veriſſima ſunt ipſo naturæ lumine probata: ſed ſi de diuinæ gratiæ affectibus ſermo fiat, multò veriora, & honeſtate, & lucro, & voluptate pleniora probantur. Mirum quippe dictu eſt, naturalem hominis gratitudinem quantoperè gratia diuina perficiat: cuius maiora, & optabiliora bona fortiùs, & ſuauiùs mouent.

8 Quantò enim gratitudine dignius eſt Deo naſci, quàm Mundo? & tamen homines Ethnici natalis cœnam, multa gratitudine celebrare ſe debere putabant: quod nimis vulgatũ eſt: quid ergo Dei filios cœlo natos præſtare deceat?

9 Sed quamuis creaturæ omnes, pro captu ſuo, virtuti huic ſe debere debeant, fratres noſtros, qui longè maioribus beneficijs vnà cum ſtatu noſtro aucti ſunt, gratitudinem, velut cordis ornatum pretioſiſſimum, & ardentiſſimè amare, & excolere oportebit. Sed actus, qui ad eam paran-

parandam, & augendam conducunt expromamus.

EXEMPLVM.

10 PErpendendum eſt, gratis animis non ſatis eſſe, gratiam habere, quod ad bonum ſpectat affectum; ſed gratiā referre, quod ad opus attinet.

11 Hinc eſt, vt interni actus, quibus affectus augetur, cùm pro libito poſſint, creberrimè producendi ſint: externi verò, cum facultas modica ſuppetat, non adeò exerceri valeant. Sed quod ad Clementiſſimum Deum pertinent, cum ei nihil, quod ſuum non ſit, reddere poſsimus, ipſiſmet beneficijs, quæ confert, ad gratiam referendam vti poſſumus, ac debemus, vt ex actibus patebit.

ACTVS INTERNI.

12 DVlciſsime Deus habeo tibi gratiam, pro immenſis tum naturalibus, tum ſupernaturalibus bonis, quibus me ſemper cumulas.

Miſericordiſsime Domine, quid tibi pro creatione, conſeruatione, redemptione, iuſtificatione, præſeruatione, auxilijs, inſpirationibus, reddam? Amantiſsime Domine, quid pro malis, quæ non committo, rependam, Cùm tot ſint beneficia, quot in mundo perpetrantur peccata?

Benigniſsime Domine, quid pro bonis operibus verbis, cogitationibus te donante, à me conce-

ptis, & præſtitis referam? Quippe, qui niſi te largiente nihil boni cogitarem?

Optatiſſime Deus, hac ipſa hora, vt commerui, flammis inferni comburerer, & beneficio tuo liberatus ſum: quid ergo tibi retribuam?

Liberaliſſime Domine, contuliſti in me ius hereditatis æternæ (vt ſpero) quid agam?

Fideliſſime Deus prouidiſti ſacramenta, verbi tui paſtum, conſilia, ſolatia, & alia multa, quibus adiuuer, vt ad te citius, commodiuſque perueniam: quid reſpondebo?

Reddo tibi Domine cor meum: offero viſcera mea: ſacrifico tibi in hoſtiā laudis præcordia mea.

Vtinam, amabiliſſime Deus vniuerſa, & Angelorum, & ſanctorum, & quotquot in vniuerſo mundo tibi placent, filij præſertim tui Vnigeniti, ac matris eius corda poſſiderem, quæ tibi gratiſſimo affectu conſecrarem.

Quo pacto poſſum, dulciſsime Domine, Ieſum Chriſtum Redemptorem meum, ac Beatiſsimam virginem, & omnes Angelorum Hierarchias, & Beatorum reliquorum iuſtorum animas, quas rogo mihi ad gratitudinem ſociari, tibi pro beneficijs reddo.

13 Satis patet huiuſmodi actus poſſe multifariam concipi, & ad cor excitandum apprimè conducere, ſed ad externos veniamus.

ACTVS

ACTVS EXTERNI.

14 MOs Ieſu Chriſti Domini noſtri erat etiã pro modicis rebus Patri ſuo æterno externa veneratione gratias agere: Non enim ſolum, cum Lazarum ſuſcitauit (quod maius quiddam eſt) ſed quoties turbas paſcebat ad ipſam panis illius, quem miraculo augebat, diſtributionem, oculis in cælum ſublatis, Patrem laudabat.

15 Mos antiquiſſimus eſt, qui ad omnes nationes permanauit; ſed fratres noſtri illud eniti debent, vt ex ardentiore gratitudinis, non ſolum quicquid eis erogatur, cuiuſmodi ſunt veſtes, victus, elemoſynæ communes, & alia vniuerſa Deo gratias agentes accipiant: ſed ad aliqua, vel certè omnia exteriora opera, quaſi grati animi debita Deo reddenda procedant: quod eſt idem, ac ſi diceremus; eos ita erga Clementiſſimum Deum pro immenſis beneficijs affici debere, vt per opera, quæ præſtant peculiaribus cordis motibus ei gratiam referre conentur.

16 At cum ſolennioribus feſtis maxima redemptionis, ac ſalutis noſtræ beneficia celebrantur, & preces, & orationem, & potiſſimum, ſacram communionem, quaſi hoſtias pro gratiarum actione interno motu cordis, & externo illorum

actuum ſigno immolent : & ſpontanea quoque verbera, vel cilicia, vel eiuſmodi alia ſuperioris conceſſu ſacrificent. Vix enim explicari poteſt, ad alendam deuotionem hæc exterius teſtata gratitudo, quantum conferat. Ne verò fratres noſtri, ad hanc virtutem colendam deſides fiant, ſubiectas rationes ponderabunt.

17 Animantia quantumuis feræ beneficijs quendam quaſi gratitudinis affectum, & ex eo etiam obſequia referunt: quod paſsim, cum voluptate, contuemur. Quis rogo non auidè ſpectaret leonem paulo antè rugitu formidabilem, qui quod in conflictu, cum immani dracone ab homine adiutus fuit, interempto dracone benefactori ſuo blandiebatur, & more canis ad oblectamenta nutriti equitantem inſequebatur, nec ab eo diuelli poterat. quod in Africa ſuperiore, quà Mediterraneo mari propinquior eſt, non ante multas ætates nouimus accidiſſe.

18 At quis vnquam, niſi teſtis oculatus eſſet, vera crederet, quæ in hoc genere canes oſtendunt: qui catenis obligati, & mille ictibus vexati, ob panem modicum, quo à dominis aluntur, tam fideles, & grati perſeuerant, vt ſingularem mœſtitiam præferant, quin, & obiectos cibos edere nolint (quod nos vidiſſe meminimus) ſi quando ab eis abeſſe contingat?

19 Ceterum, quale prodigium fuit (quod S. Ambroſius ait) cernere, canem, dum cadauer Domini efferebatur, feretrum inſequentem, hærentem

tumulo, ac mœſtiſsimis vlulatibus benefactoris ſui mortem proſequentem?

20 Profectò ſi leones, & canes (vt alios animantes ſileamus) vſque ad ictus,& mortem ijs, quorum benefacta ſenſerunt, gratiam, quà poſſunt, referunt: rationi conſonum erit,viros non ſolum Chriſtianos; ſed Religioſos in ſortem dulciſsimi benefactoris,ac Dñi iuratos, animi grati ſigna exhibere.

21 Certè natura ipſa ingratitudinē exhorreſcit: & in ſe quandam ingrati animi repræſentat imaginem: quemadmodum enim terra, quæ accepta ſemina ægrè reddit effœta,& ſentibus, ac tribulis obſita cultores ſpe fruſtratos à ſe repellit: ita qui acceptis beneficijs minimè reſpondent, non hominum tantùm, ſed ipſius quoque Dei animum abſterrent: ex quo fit,vt ingratitudo fontem miſericordiæ areſacere iure dicatur.

22 Hæc altius contemplantes illi Priſci mundi contemptores,qui Cęnobitica inſtituta condidere,velut auari mercatores, opes multas conquiſituri,ut ære alieno liberarentur, dies noctesque ſpiritualibus exercitijs conſecrabant: quod ex attentiſsima beneficiorum diuinorum meditatione procedebat; quid enim agerent grauati? Certè benefacta Dei, quaſi grauiſsima pondera meditantibus incumbebant.

23 Verum rem ipſam nos quoque meditemur. An ferendum ſit hominem, qui certò nouit ſe multa igne ſempiterno digna peccaſſe,& ſolo Dei bene-

ficio;gratis modò non ardere;immò ad æterna ſolatia inuitatum rectà,(vt credere licet) in cælum tendere; & non magis horum beneficiorum meminiſſe, vel gratiam rependere niti, quàm ſi propria,vel naturalia tantum bona forent? Profectò licèt, ob ſolum beneficium liberationis illius ab homine,ſeruitutem æternam,putà,vt ferrum effoderet, Deus exigeret, nec vlla deinceps bona,præmiauè polliceretur; liberaliter, & miſericorditer admodum cum illo ageret: ſi enim in æternum arſurus erat, ferri effoſſio mitis labor eſſet: & tamen non modò pœnam æternam relaxauit,ſed gloriam quoque pro iugo ſuaui promiſit.

24 Vlterius: vt è plurimis pauciſſima ſeligamus: quis vnquam, niſi re à Deo reuelata mente concipere, nedum ſperare auſus fuiſſet, Deum pro villiſſimo peccati, ac diaboli mancipio, Vnigenitum ſuum rerum Dominum, honore infinitò digniſſimum, infami morti, & turpiſſimis ignominijs acerbiſſimo dolore permixtis traditurum? Certè beneficium hoc totum, quod hiſtoriam incarnationis, vitæ paſſionis, ac mortis Ieſu Chriſti complectitur, ita cuiuſque hominis eſt, ac ſi nullius alterius eſſet: Cum ſe Chriſtus totum pro ſingulis quoque hominibus obtulerit: quomodò ergo cor hominis, & ſi lapideum ſit, hanc vim efficaciſſimam, ſine immenſa gratitudine ferre poſsit?

25 Quid de nutrimento filiorum Dei aſſeremus quo-

quomodò obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt auri color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? Nunquàm ab orbe condito venit, aut venire potuit in mentem vlli homini tale beneficium, quale præſtitit nobis diuini amoris immenſitas in Euchariſtiæ pane. Et tamen qui deberent amore, ac inde orta gratitudine flagrare, ferrea quadam nigredine obſcurati ſunt igniti auri colore mutato: & qui nobiliorem, ac ſecretiorem Sanctuarij hoc eſt, domus Dei partem; quaſi lapides viui componebant; ſtudio mutato ad negotia, quæ in plateis geruntur: euagantur. Quid eſt hoc? mirum eſt quo pacto diuina beneficia, & maxima, & plurima, & ad conuertendas animas efficaciſſima obliuioni tradamus!

26 Quod ſi è multis paucos videmus bonis internis opulentos, gratitudo eſt, quæ quò magis alitur, eò ſinus cordis latiores ad bona capienda efficit. Ex hoc lectiſſimo numero fuit rex ille mitiſſimus Dauid, qui magnam vitæ partem, inter ipſas regni curas, in canendis, & ſcripto celebrandis Dei beneficijs exegit: quod qui ex Pſalmis non deprehendit, cœcus ſit, neceſſe eſt. Propter hoc ergo tam fœlix, & ſapientia cœleſti diues fuit.

27 Ex eodem quoque numero Paulus fuit, qui gratia Dei ſe eſſe, quod erat, intentiſſimè cogitauit, & affectum gratitudinis, qua erga Ieſum Chriſtum cæleſtem præceptorem ſuum ardebat,

nun-

numquam depoſuit, propterea locupletiſſimus euaſit, & vſque ad cæli faſtigium creuit.

28 Fratres ergo noſtri, præter eam communem gratiarum actionem, quæ vſu lenteſcere ſolet, penitiorem aliam, honeſtiorem, ac vtiliorem intimis viſceribus defigant, & perennibus aſpirationibus augeant: ſic enim munificentiſſimus Deus, qui benefaciendi occaſiones captat, animos eorum gratitudine patentes maioribus bonis explebit.

De Magnanimitate. Cap. XVIII.

1 QVi beneficia maxima Clementiſſimo Deo ſe debere perſpicit, quòd eſt gratitudinis, magna moliri debet; vt pro captu ſuo gratiam referat: ex quo efficitur, vt magnanimitas virtus propria ſit, eorum, quos Deus magnis auxit beneficijs: cuiuſmodi Fratres noſtros eſſe à nemine in dubium reuocari poteſt.

2 Eſt autem magnanimitas virtus, qua animus extenditur ad magna; vtpote, fortitudinis comes, cuius eſt egregia facinora patrare: ſedem habet in Iraſcibili, eiusq. materia, eſt honor magnus, ſeu gloria, non quia gloriam exquirat, vt finem (hoc enim parum eſſe putat) ſed opus magnum, quod honore dignum eſt: ac ob id virtutibus vniuerſis nobiliſſimum addit ornamentum.

3 Percurrit quippe campos omnes, & caſtra

Dei

Dei viuentis, hoc eſt, virtutum agmina, cæleſtibus armis ſepta perluſtrat, vt grandia præſtent: nec enim magnanimitas mediocri laude contenta eſt.

4 Hinc eſt, vt virtutis huius Chriſti militibus digniſſima honeſtas adeò mira ſit, vt vel ipſo nomine ſui æſtimationem ſingularem generet. Magnitudinem in Dei operibus exquirit: cor ad progreſſionem pulſat: & ignauiam omnem, ſeu debilitatem execratur.

5 Quem ergo virtus hæc ſpecioſiſsima non alliciat, cum nemo ſit, cui pro humana conditione magnitudo non placeat?

6 Ex hoc verò magnarum rerum propoſito inſignia emolumenta naſcuntur: certum eſt enim, eum, qui Cardinalitiam dignitatem expetit, plura, & maiora paraturum, quàm ſi alicuius Eccleſiæ ſimplicem prælationem quæreret: dum enim purpuram mente verſat, ſi conatus eò non pertingunt, Epiſcopatum ſaltem attingunt: at ſi ſolum Eccleſiæ prælationem illam optaret, vix vnquam exilibus medijs Sacerdotium ſimplex acquireret.

7 Sic ſanè, in Chriſtianæ perfectionis conatibus vſu venit: qui enim Sanctiſsimos Patres, (quos in Eccleſiæ colimus ſenatu) æmulari decernit, licet eò non perueniat, excelſam tamen, pro magnanimitatis modo, ſanctitatem adipiſcitur: at qui humilitatem quandam apparentem, ſed veram ignauiam prætexens parua cogitat, vix vmquam,

Deſpicio, altiſſime Domine, omnes mundi honores, & faſtus calco, vt ſupra mundum extollar ad te.

Vtinam, potentiſſime Deus, vniuerſam mundi claritatem, & famam, nunc haberem, non vt poſſiderem, ſed vt contemnerem propter te.

Opto Domine Iob patientiam aſſequi.

Vtinam te more Pauli diligerem.

Vtinam me, ſicut Magdalenam peccatorum meorum pœniteret.

Certè clementiſſime Deus daturus ſum operam, vt Angelico more in terris viuam.

Conabor Domine occaſionem pro te martyrium ſubeundi perquirere.

Quoties quid arduum in cultu virtutum occurret, ego, dulciſſime Deus, me offeram pugnaturum propter te.

Abſit à me, Domine, vt animum deſpondeam à Chriſtiana perfectione comparanda.

In mandatis tuis excellenter exercebor; & conſiderabo vias tuas: In iuſtificationibus tuis intentiſſimo corde meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

Actus hi cor erigunt, & contra incurſantia mala conſtabiliunt, ſed horum veritas operibus examinanda eſt.

Digitized by Google

ACTVS EXTERNI.

11 CApur vnum animis grandibus familiariſſimum eſt; in quouis nempe Cœnobio quoſcunque prouectiſsimos æquare conari: vt, ſi quem exempli gratia, modeſtiæ, ſilentijuè cultu conſpicuum videant, donec eum gradum attingant, minimè requieſcere. Deinde animaduertendum eſt (quod in cap. de Obedientia indicauimus) nonnulla eſſe opera verè grandia, quæ niſi audientibus, & poſcentibus ſuperiores non iniungunt: quod & prudentia, & charitas Chriſtiana depoſcit: cuiuſmodi ſunt, longiſsima ieiunia; diuturnæ admodùm vigiliæ, aſperrimæ catenæ ferreæ; moleſtiſsima cilicia corpus ferè totum obtegentia tenuiſsima, & vnica veſtis rigidiſsima hyeme: nauigatio ad remotiſsimas nationes; certa martyrij occaſio: & huiuſmodi alia, quæ certo numero nequeunt comprehendi.

12 Hæc ergo virtus magnanimitatis aggreditur, & innixa Dei auxilio à ſuperiore poſtulat: quo certè auſu, mirum dictu eſt, quàm inſigniter creſcat: ſic enim, ſpirituale ſubditorum robur ſuperiori innoteſcit; qui re perſpecta, illis ad grandia vtitur, vel ſi expediat poſtulata concedit.

13 Huc Fratres noſtri ſpe firmiſsima ſuſpirent, ſi alicuius ponderis lucra parare velint: quod ne durum videatur, rationes has meditentur.

14 Qui inter antiquos Chriſtianæ lucis exortes, fama,

fama, præ ceteris, claruerunt, quod vulgatiſſimis conſtat hiſtorijs, ad magna ſemper aſpirarunt: notum eſt enim exemplum Alexandri, qui cum in æternum paruus futurus eſſet, magni cognomentum apud homines adeptus eſt: cuius certè magnitudinis originem, ſi ſcrutari velimus; perſpiciemus, ingenium illud ad magna erectum, nec mundo vno contentum, nominis illius cauſam extitiſſe: & tamen modicum eſt, quod obtinuit: quid ergo æquum ſit, animis ſtatuant, qui æuo ſempiterno magni eſſe deliberant?

15 Multa huius generis, quæ Ieſu Chriſti famulis ignauiam exprobrant, paſsim celebrantur: cuiuſmodi eſt Lacedæmoniorum regnum florentiſſimum, quod non aliunde, quàm ex magnanimitate, non ſolum virorum, ſed mulierum quoque concreuit: familiare quippe vtrique ſexui erat, pro virtute colenda, honorem, vitamq. contemnere.

16 Romani quoque, qui ad vlteriores metas imperium protenderunt, ſi vera fateamur, magnanimitate orbem ſubiugarunt: animis quippe grandia cogitantibus res pro uoto ſuccedebant: & tamen ſiue Lacedæmones, ſiue Romani, ſiue alij quicunque Chriſti expertes, erant flammis æternis urendi, & infamia perpetua notandi: cur ergo, qui cum Deo regnare cogitant, parua non ſpernant, & heroicos ad regnandum conatus adhibeant?

Verum

17 Verum quæ de gentibus iјs à nobis dicta ſunt, ſanè uidentur parua, ſi cum militum Ieſu Chriſti facinoribus comparentur: maius quippe, ſine controuerſia eſt, proprium appetitum, quàm mœnia exterorum expugnare: qua in re quid, & Martyres, & Confeſſores, & Virgines præſtiterint, noſtris apertum eſt. Conſtantiſsimè quippè malis occurrerunt: mundum proculcarunt: carnem domuerunt.

18 Propterea non apud Deum modò, ſed apud homines uniuerſos, & ipſos quoque tyrannos; à quibus cædebantur, immortale nomen pepererunt: & quod ad inſtructionem Eccleſiæ ſpectat, horum tantum, qui mediocribus contenti non fuere, nomina recenſentur, & laudantur. Ceteros uerò mediocres, aut ignauos Chriſtianos, quaſi nati non fuiſſent, minimè commemorat, quia propter exigua merita parum laude dignos exiſtimat.

19 Et quidem, quod ad noſtram ætatem pertinet, exceptis aliquot uiris, & fœminis ſanctitate, quàm numero auctioribus, de quorum relatione inter ſanctos agit Eccleſia: ceteri qui animo parum uirili laborant, quaſi mortui putantur, nec iј ſunt, quorum uita multam Chriſto laudem acquirat.

20 Certe magnanimorum eſt, illuſtria exempla Sanctorum & recentia præſertim, quæ quaſi uiuę uocis energia lentos animos carpunt, imitari, non ob laudem, quam minimi requirunt, ſed ob ſancti-

ſanctimoniam, quæ omnino à Chriſti famulis exquirēda eſt. Quid enim mali, deſides illi, qui eam non affectant non intulerunt?

21 Conſtat profectò deſides animos in clauſtris, & ſibi tædium, & alijs ſcandalum creare: cum enim ardua formident, ipſo motu, difficiliora veris ſuſpicantur, & fugam meditantur: ex quo alij, qui audire cupiunt, merito commouentur, & fugam ignauorum improbant: ſi verò tentati probent, à cœptis grandibus deſiſcunt: quo nihil peius bono communi accidere poteſt.

22 Illud autem mirum videtur, omnes videlicet mundo renuntiantes (ſi de vera ſui abnegatione ſermo habeatur) primo tempore illo, altum ſanctitatis propoſitum concipere: quin, & omnes ſub initium, ad opus grande conari: & tamen ſucceſſu temporis, mediocritatem quandam degenerem amplecti. Profectò mirum eſt.

23 Si enim magna præmia certanti propoſita nō fuiſſent, & quicquid hominis cor expetere valet, per magnos conatus ſe cumulatiſsimè adepturum non ſperaret: mediocrem illum famulatum prætexere poſſet: Vt cum ampliſsimæ Dei pollicitationes mortuos ad vitam, & labores magnos excitare videantur: neſcio, quomodo genua militum Chriſti debilia languent.

24 Quòd ſi præmia, quia futura non mouent, inſtantia certè prælia ſæuiſsimorum hoſtium ſine magnanimitate reprimi non poſſunt: qua in re mirandum eſt filij huius ſæculi quanto pruden-

tiores filijs lucis ſint. Cæperant Hebræi magnanimiter agere,cũ allata fœderis arca,venit Deus in caſtra, & clamore perſonuit terra: & tamen Philiſtæi contra obrepentem formidinem Dei,& clamoris,qui ad eos vſq. perferebatur, ſe validiſſimè adhortabantur aientes: Eſtote viri fortes,ſ: ne ſeruiatis Hebræis. Si ergo contra Deum homines reprobi magnanimiter audent: cur electi in quorum caſtra venit Deus, animo cadant, & à Philiſtæis ſuperentur?

25 Paulus certè, quæ retro ſunt obliuiſcens, & ad ea, quæ inſtabant, ſe fortiter extendens, ad brauium ſupernæ vocationis, per hoſtes medios feſtinabat: & hoc militiæ genus cœnobia, inter omnes Eccleſiæ partes accuratiſsimè didicerunt, ne ſint Apoſtolicæ fortitudinis expertia.

26 Verùm, ne ad longinqua pergamus, domeſticum,& profectò illuſtriſſimum B.Virginis Tereſiæ habemus exemplum; quod licet à noſtris non ignoretur; timendum tamen, ne minus, quàm par ſit, expendatur. Inter omnes quippe cordis illius excelſas virtutes, magnanimitas clariſſime reſplenduit.

27 Si enim huius virtutis eſt, mediocria deſpicere, magnaq. adorori: quid illa mediocre, aut quid non magnum aggreſſa fuit? Certè animus fœmineo corpore ſeptus virilis erat: & propterea orbem totum complexus eſt. Quis enim vnquam audiuit,à muliere,Religionem virorum

condi,

condi, vel reformari? Mulierem, de Infidelium ſalute anxiam, eo ſua vota operaque dirigere? Vix hæc à viris fortiſſimis ſperantur: quomodo ergo mulier mille morbis obnoxia, mille inſectationibus vexata, re, vt apparebat ob impedimenta grauiſſima ſæpè deſperanda, in ſpem contra ſpem credidit, & ſupra multorum fidem vicit? Nihil reſponderi aptius poteſt, quam magnanimitati omnia cedere.

28 Fratres ergo noſtri, tametſi conſiſtant aduerſus eos caſtra nobiliſſimæ Virginis, & matris noſtræ ſe filios exhibeant, & in cultu virtutum, nihil non magnum ſatis eſſe credant: congreſſibus vitiorum, & hoſtium viriliter aſſueſcant; & ad ſanctorum conſortium, honeſtiſſima (ſi oportuerit) morte ſuſpirent.

De diligentia. *Cap.* XIX.

1 Nihil non modo magnum, quod eſt eius virtutis, quam proximè commendauimus, ſed ne bonum quidem, ſine diligentia, quæ & appellatur ſollicitudo, præſtari poteſt.

2 Eſt autem diligentia animi ſtudium, cum expeditione ad aliquid agendum, & pertinet ad prudentiam, è cuius acie, virtutem hanc ſolam elegimus; quod tractatus prudentiæ iunioribus fratribus parum congruat: tota quippe illorum prudentia in vno Magiſtro ſuo poſita eſt: nec ſine culpa illam vſurparent. Cum enim

proprius prudentiæ actus, qui & intellectu practico ſit præceptum: quantum à ſubditis abeſt, præcipiendi auctoritas, tantum prudentiæ illius vſura debet abeſſe.

3 Si qua tamen prudentiæ pars eis conſentit, ea ſit, neceſſe eſt, quæ ad Superiorem hominis portionem pertinet: quæ rationis præſcriptionibus iuxta Dei præcepta, inferiorem portionem debet moderari; at & hac ipſa non ſine Magiſtri cenſura, vtendum eſt.

4 Tutiſsima verò prudentiæ pars, quæ ſubditis quadrat, in vera Obedientia collocatur, cui dum nauant operam, fieri nequit, vt imprudentes ſint, cum Dei conſilio regantur.

5 Sed ſollicitudo, ſeu diligentia, quæ, & Obedientiam, & alias virtutes omnes afficere debet vniuerſis Ieſu Chriſti famulis, peculiariterque iunioribus commendatur, tanquam modus quidam neceſſarius, quem opera Dei cuncta requirunt: & quo in ſchola virtutum, fœliciter proficitur.

6 Expeditio quippe ad virtutũ actus obeundos, animã mirificè promouet, ac ſimillimã ſpiritibus Angelicis efficit. Illi enim ad iniuncta opera prõptiſsimè volant, ſicut ſcriptum eſt: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem: tam enim ſpiritus, quàm ignis nomina miram velocitatem ſignificant.

7 Ex quo apertè cernimus diligentiæ virtutem Angelicam eſſe, ac proinde alacritatem, & celeritate-

rita-

ritatem illam, quæ cœleſtis curiæ ad obtemperandum Deo propria eſt, in clauſtris repræſentare. Qua certè laude tantam præfert honeſtatem, vt homines velut expertes corporis, in Angelorum agmina transferat.

8 Nec ſanè inutilis translatio eſt: immò hæc vna virtus ceterarum omnium lucra mirificè auget; cum eas, ad ſuorum actuum intenſionem, ac perfectionem impellit: vt mirum ſit è duobus Monachis eoſdem actus exercentibus, æquali tempore perſeuerantibus, alterum decuplò ſanctiorem altero eſſe, ob vnum diligentiæ minoris, maioris uè diſcrimen, quod obſeruatione digniſſimum eſt, & animos vehementer incitare deberet.

9 Ex illa verò promptitudine, & agilitate cœleſti multiplex oritur delectatio: virtus quippe, dum exactius exercetur, lætitiam procreat: & Clementiſſimus Deus hilares datores, quos ardentius diligit, hac etiam in valle cumulatius conſolatur.

10 Videtur certè (humanum dicimus) Rex ille liberaliſſimus ſingularem ex diligentiæ virtute ſibi delectationem elicere, more Imperatorum, qui dum ſtrenuos milites expeditè ſe armis exercentes intuentur, impensè delectantur, ac ipſomet oblectamento fiunt ad munera propenſi: ſicut enim negligentes animi, quaſi plumbei forent, ad opus tardè, ac inuiti procedunt, & ſpectantis Dei oculos grauiter offendunt: ſic

celeres, ac hilares ad laborem feſtinantes ocu-lis eiſdem impendiò placent, & ad largitionem alliciunt.

11 Quapropter æquum eſt Fratres noſtros eſſe ſollicitos, & excuſſa carnis deſidia, in agone hoc ſpectanti Deo placere, ac vna præceptione hac prudentiam iuſtorum totam amplecti. ſed actus diligentiæ præſcribamus.

EXEMPLVM.

ACTVS INTERNI.

12 AMantiſſime Deus, decerno ad opera tibi grata, me, per totius vitæ curſum expedire.

Dulciſsime Domine, exultabo vt gigas ad currendam viam.

Clementiſsime Deus, ſomnum, accidiam, & quicquid graue mihi obſtiterit, excutiam.

Optatiſsime Domine, ad Canonicas horas, Orationem, Concionem, & reliquos inſtituti noſtri actus, omnium primus accurrere nitar.

Abſit à me Domine, vt ſigno dato, vel per momentum, immorer.

Benigniſſime Deus, in actibus exercendis, vt in Officio Diuino, Oratione, attentiſſimus ero.

Non feram Domine, vt ob calorem languor, vel ob frigus inertia præualeat.

Ero,

Ero, Domine, vigil, & alacer, ad omnem Obedientiæ, ac omnium aliarum virtutum actum obeundum.

ACTVS EXTERNI.

13 EXploratum eſt occaſiones diligentiæ colendæ pene innumeras eſſe; in omni quippe actu, mirum eſt, quàm familiariter negligentia obrepat, & quàm infœliciter meritum vel diminuat, vel extinguat: qua de cauſa, cum hoſte hoc fortiter congrediendum eſt.

14 Actus ergo externi vbique frequentandi: cum ad horas, præſertim matutinas pulſatur, celerrimè ſurgendum, vel lecto exiliendum: nec tunc ſemper corpori excretionis neceſſitatem ſimulanti credendum: cum oratur, omnis languor, & corporis remiſsio excutienda, & ſenſus, ac membra componenda. Cum habetur concio, vel exhortatio, attentio multa præſtanda, & omnis corporis motio, & euagatio mentis vitanda: Cum inceditur, ſtatur, ſedetur, nullum tædium, laſſitudo nulla, inhabilitas nulla oſtendenda: cum laboratur, feriò agendum: cum quippiam legitur, aut Miſſæ miniſtratur (ſeclusa deuotionis ſpecie quæ tunc importuna eſt) accuratè attendendum, & alia ſimilia (quæ multa, & varia ſunt) ſic efficienda, vt & animus, & corpus operi coaptentur, ne ad eius perfectionem pars vlla deſit.

15 Hæc eſt ſanctorum diſciplina, quæ quamuis corpori ſeuera videatur, habet tamen honeſtatem, & emolumenta maxima, quibus labor omnis abũdè compenſatur: & multis damnis formidabilibus caret: quod his rationibus aſtruimus.

16 Prætexitur labor. Sed nunquid non ſuccreſcit labor, & moleſtia maior, ſi cor deſidia relaxetur? ſi Officium diuinum omnino recitandum (vt ex hoc exemplo cetera pateant) nunquid nõ laborioſius eſt, cum negligentiæ faſtidijs ad ſingulos ferè, verſus ſubeuntibus, horam integram perdurare, quàm torpore illo nonnullis cordis erectionibus validè diſcuſſo, idem tempus vigilanter inſumere?

17 Deinde meritum laboris illius tædio vel decreſcit, vel deficit, ſollicitudine augetur: eſt ergo ſanius, acediam arcere.

18 Dolendum profectò eſt quàm ſegniter Ieſu Chriſti famuli hoc in genere agant: cum filij Agar, qui exquirunt prudentia, quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Theman, & exquiſitores intelligentiæ, qui coaceruant aurum, in quo confidunt homines, & argentum ſine fine theſaurizant, adeò ſolliciti ſint?

19 Quàm impigrè mercatores, exceptores, nautæ, & ferè quotquot opifices parant ea, quibus alitur vita præſens, noctes ducunt inſomnes, & ſolem nimis citò exoriri quæruntur? quoties capitis, ſtomachi, renumq. dolores perferunt, ne operarum ſuarum ſeriem interrumpant, & fi-

nem

nem acquirendi faciant ?

20 Quænam ſollicitudo eſt illa, quæ homines diuitiarum auidiſsimos vltra Oceanum pellit ? Poterant domi requieſcere : nam præſens vita modicis rebus eget: & tamen, quia ditiores euadere poſſunt, requiem ſponte ſua relinquunt, & ſe innumeris periculis, & laboribus committũt.

21 Rerum ergo ſtatu, ac ordine perpenſo, planum efficitur pro rebus ceteris perituris homines eſſe ſollicitos, in ſola verò ſalutis æternæ cauſa pigritari: quod & quotidianis colloquijs, & negotiorũ expeditionibus adhuc apertius patet.

22 Cum enim à ſummis Pontificibus, vel Regibus aliquid obtinendum eſt, quis ignorat, ad libellos ſupplices offerendos, ad eos qui gratia valent ſibi conciliandos, ad cetera tentanda, vigilias, itinera incommoda diligentiſsimè ſuſcipi, & tolerari ? ſolæ viæ Sion lugent, eò quòd non ſint, qui veniant ad ſollemnitatem.

23 At verò quicquid erga rem hanc promi à nobis poſſet, cum prodigioſa hominum, pro rebus caducis, ſollicitudine collatum exiguũ eſſet: quò enim minus viæ reſtat, eò plus viatici contrahent: ſenes quippe quibus, quod in adoleſcentia, ſeu iuuentute pararunt, ad paucos vitæ dies reliquos ſatis eſſe deberet, eò diligentius auaritiæ ſtudent, quò propinquior interitus imminet: qui ſtultiſsimus error eſt: qualis fuit illius nimirum ſollicit, cui dictum eſt: Stulte hac nocte repetunt animam tuam à te.

Cur

24 Cur ergo, Ieſu Chriſti cultores, qui tot mundi portenta præ oculis habent, quibus eorum inertia reprehenditur, in requiem ſempiternam ingredi, ad Apoſtoli monitum, non feſtinent? Profectò, ſi ante mille ſexcentos (paulo minùs) annos diligentia valde neceſſaria Paulo viſa eſt, vt patet ex illo: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quam cũ credidimus: & modò quoque inſtante mundi occaſu, & cuiuſque noſtrum morte, diligentia, & expeditio velociſsima neceſſaria erit: quis enim non animaduertit, iam eſſe horam è ſomno ſurgendi?

25 Et quidem quicquid de mundi, ac vnius cuiuſque hominis occaſu dicendum ſit, exploratum eſt, perfectionis Chriſtianæ longam nobis ſupereſſe viam: quod licet alij Chriſtiani obliuioni traderent, nobis tamen nunquam deberet excidere; cum protoparenti noſtro Eliæ ab Angelo dictum fuerit: Surge, comede, & bibe; grandis enim tibi reſtat via. Si ergo viam hanc ſumus emenſuri, quomodò ad curſum non acrius incitamur?

26 Etenim omnes morimur, vt dixit mulier illa ſapiens, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram, quæ non reuertuntur: omnes itaque vel inuiti ad incertam ſed propinquam mortem feſtinamus; & in hac ipſa properatione, aliqui videntes exiguum, & cum tædio eſſe tempus vitæ noſtræ, bona præſentia, & oblectamenta diligentiſſimè conquirunt

conquirunt,hortantes & aientes: Venite fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquàm in iuuentute celeriter. Alij multo pauciores aiunt: Ieiunemus & oremus, ne ſubitò præocupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Eligant ergo fratres noſtri quam ſortem conſcientia probat.

27 Sed quid gens ſancta hæreditas acquiſitionis filij Dei,pars Domini populus eius, & Iacob funiculus hereditatis eius eligere poteſt? Si properandum eſt, an eò non curratur, vbi lætabuntur, ſicut exultant victores capta præda? ſint pedes aliorum veloces ad effundendum ſanguinem;nos vero æmulatione perenni,expeditione ceruorum fugiamus è medio Babylonis, & ad montem Dei coagulatum aſcendamus.

28 Certè cui ſemel innotuit regio viuorũ, non ſolum die,ſed nocte quoque præ ſollicitudine laborat: guſtauit enim, & vidit, quia bona eſt negotiatio, eius & ideò non extinguetur in nocte lucerna eius. His ergo monitis fratres noſtri expergiſcantur, & viam cœptam celerrimè conficiant.

De Perſeuerentia. Cap. X X.

1 ORaculum æternæ veritatis eſt; Qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit: quaſi diceret: parum prodeſt validè incipere; virtutes

tutes diu colere, diligentiam quoque diu adhibere; ſi tenor hic ad mortem vſque nō procurrat.

2 Quapropter cum faſtigium totius ædificij perſeuerantia ſit: æquum eſt eius meditatione tractatum de virtutibus abſoluere.

3 Eſt autem perſeuerantia virtus, qua quis firmiter ſtatuit vſque in finem in bono perſiſtere: & ingenio virili, vt pote fortitudinis pars prædita, contra diuturnitatem, qua cor hominis frangitur, depugnat.

4 Habet conſtantiæ virtutem affinem, quę armatur aduerſus impedimenta, quæ perſeuerantiæ obſtant: & licet non omnes, qui virtutem hanc adepti ſunt, in bono vſque ad finem vitæ permaneant, quòd ob eorum culpam deſit eis magnum illud perſeuerantiæ donum, quod auxilio, & protectione diuina conſtat; eſt tamen virtus hæc ad eam permanſionem opportuniſſima: confert enim, vt præſtet homo, cum auxilio gratiæ, qua poteſt; quæ ſi præſtiterit per Deum non ſtabit, quin vſque ad obitum perſeueret.

5 Quanta verò ſit huius virtutis generoſiſsimæ dignitas, vel ex allata eius deſcriptione perſpicitur: à curſus enim principio viam virtutum totam deſiderij greſſu percurrit, & perennem fidelitatem iurat: quod quàm ſit excelſum, & nobiliſsima Dei natura dignum, nemo eſt, qui qui poſsit ignorare.

6 Non videtur firmiſſima virtus hæc animi deliquia ferre poſſe, quia victoriam, & palmam,

quibus

quibus excitatur, præ oculis ſemper habet: quod Ieſu Chriſti cultores ad eius amorem, plurimum debet vrgere.

7 Quid, quòd ſanè hac omnium diuitiarum iactura fit,& à contrario huius vi opes meritorum in theſauris reconduntur æternis? vbi neque erugo,neq.tinea demolitur; vbi fures non effodiunt, nec furantur: à quibus certe funeſtiſſimis euentibus, quandiu virtus illa cœlo trophæum non infert, animus immunis eſſe nequit.

8 Quid verò de perſeuerātiæ gaudijs adijciemus? nulla enim maiora, nulla pinguiora ſolatia ſunt: nec ſolum in exitu vitæ huius, ſed longinquius à portu,ipſa propoſiti firmitate magnoperè animū delectat. Spem quippe vehementer excitat, & quaſi de præsēti victoria gaudia creat, ſicut fontis vitæ ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

9 Nec mirum. Si enim ſceleſtiſſimus peccator, qui ſe ſacra Confeſſione purgauit, quaſi qui è morbo conualuit, ſanitatis bonum ſentiens, bono habitu, qui ſpem ſalutis æternæ generat lætatur: quantò ſit auctior lætitia eius, qui bonum illum habitum multis acceſſionibus auctum, perſeuerantiæ firmitudine, ad exitum vſque ſe productum certiſsimè ſperat.

10 Quid,quòd Clemētiſsimus Deus eos, qui diu in bono perſtiterunt, tametſi non curſum confecerint,multis recreat ſolatijs,& filiorū pane cōfirmat: quod celerrima exempla demonſtrant.

Enitātur ergo Fratres noſtri virtute hac omnium

nium periculorum expultrice decorari; vt eius frequentiſſimis actibus cor in dies ſingulos ad permanſionem ſtabilire: ſed actus virtutis proferamus.

EXEMPLVM.

12 VIrtutis huius externos actus proponere, non opportebit: cum enim eius potiſſimum opus ſit animum ad permanſionem fulcire; & permanſio ipſa vnius modi tota ſit, exceptis obſtaculis, quæ conſtantia depellit: ſatis erit monere, quoties aliquid moeſtum, arduum, aſperum, & vniuerſè quoties aliquod impedimentum, obſtat, actus, qui tunc ad victoriam; producuntur, ſi ſpectentur quà impedimenta inſtantia propulſant, eſſe actus conſtantiæ, ſi verò qua permanſionem propoſito, & continuatione retinent, eſſe actus perſeuerantiæ. Siue ergo verè impedimenta ingruant, ſiue ſolum obſtare poſſe cogitentur, huiuſmodi actus erunt.

13 Clementiſsime Deus, firmiſsime ſtatuo, me vſque ad mortem tibi famulaturum.

Fideliſsime Domine, ſi per annos mille, in hac vita moleſtiſsima laborandum eſſet, à propoſito tibi vacandi, non deſiſterem.

Miſericordiſsime Deus, abſit à me vt ob vllam aduerſitatem conſilium mutem.

Potius, amantiſsime Domine, vri me ſinam, quam ab inſtituto deſiſtam.

Et

Et ſi oporteret, benigniſſime Deus, vniuerſis mundi miſerijs obrui, nunquam de alio ſtatu cogitarem.

Vtinam, deſideratiſsime Domine, moriar, antequam à te recedam.

Mihi certè adhærere tibi Domine, bonum eſt: propterea perenniter adhærebo.

Donec ſupereſt halitus in me, à te non diuellar.

14 Actus hi ſemper vtiles, ſed vbi tentationes deſæuiunt, & rationes humanæ, vel in ſpeciem virtutis fucatæ ſuccurrunt, neceſſarij ſunt: quapropter Fratres noſtri ad belli tempus, ſe in pacis tranquillitate præcingant: ne imparatos repentinus aliquis turbo proſternat.

15 At fortaſſe dicent rem eſſe difficilem; ſed nunquid rerum difficultates grauiores homines ſtudio mundi addictos à perſeuerantia deterrent? Quot viri excelſo loco nati, docti, honore digni, per annos viginti, triginta, & plures, in aulis Pontificum, & Regum quærentes, & pulſantes conſeneſcunt, & vel ſpe cadunt, vel exili mercede torquentur? Quin etiam quot eiuſmodi viri, qui ſi Deo vacaſſent, ſanctitate niterent, & æternis affluerent diuitijs, præmoriuntur ipſis Principibus in quibus ſpem collocarant, & in æternum intereunt? Quanto ergo facilius, ſuauius, & fructuoſius ſit, in clauſtro permanere, ac inde ad coronam, compendio multo tranſire?

16 Quod verò, ad pericula quæ à diuturnitate, ab ho-

ab hoſtibus, à fragilitate imminere finguntur, attinet, num ab Indiæ nauigatione tot claſsium naufragia, tot auri ponderum iactura eoſdem, quos Deus illis periculis eripuit, vnquam auertit? Mirum eſt, quàm audacter cum Oceano luctentur, & quot ſudoribus, & doloribus afflicti perſiſtant. Quomodo, poſtquam bis, aut ter è mortis fluctibus erecti ſunt, aliam viuendi rationem non ineunt: ſed proteruo corde perdúrant?

17 Profectò illorum iniquitas, cultorum Ieſu Chriſti doctrina eſt: ſi enim ter, vel quater morti eripiuntur, poſt nauigationes tandem multas, cum ſatis mundo diuites, domum redire, ac requieſcere cogitant, procella vltrice ſorbentur: quanto igitur honeſtius, & tutius ſit, quamuis tentamenta incumbant, & anxietates vexent, eum curſum tenere, qui nullum poteſt creare naufragium?

18 Certè permanſionis honeſtatem, contraria turpitudo demonſtrat. æquiſsimo quippe Dei iudicio factum eſt, vt ea deformitas inter vitia omnia ſe inſigniter proderet; adeò vt, & homines non admodum ſtudioſi, inconſtantiam ferre non poſsint. Hinc eſt, vt ſi quis à Clauſtro deſtitit, omnes, qui vident, incipiant illudere ei dicentes: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.

19 Sanè, & deformitatem hanc ingentia damna ſubſequuntur: quæ & in rerum temporalium ambi-

ambitione cõſpicimus: vix enim vnus è millibus à diſciplina quauis, quam bono conſilio iniuit, ſententia mutata, deſiſtit, qui in alia progreſſus faciat: Deo per ea damna ſignificante, quam bonorum iacturam, qui ab eo vocati reſiliunt, paſſuri ſint: quo enim ibunt? Certè cum die quadam Ieſus Chriſtus vera ſalus, & vita noſtra, diſcipulis grauiter dixiſſet: Et vos vultis abire? Petrus illo iaculo ſauciatus reſpondit Quo ibimus? Verba enim vitæ æternæ habes. Etenim à vita non niſi ad mortem recedi poteſt.

20 Propter hoc, quos Deus vocatione indignos & abire volentes abijcit, vmbra quadam mortis & interitus æterni ſigno, quaſi diaboli mancipia ſtigmate notata languidos, timidos, emortuos Cain ſequaces, euagari, non ſine dolore, videmus: quorum tamen calamitatem, & mortem non multis lacrymis proſequi poſſumus, aiente Deo Samueli: Vſquequò tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? Impenſius de aliorum ſubrogatione lætandum, quàm de infidelium repulſa dolendum eſt: ſicut maior de Dauid electo lætitia, quàm de Saul reprobato mœſtitia concepta fuit.

22 Ceterum perſeuerantiæ vim, dignitatem, ac fructũ proculdubio immenſum fruſtra nitimur exprimere, cum ea bona, non niſi peracto vitæ curriculo cognoſci poſſint. Quanta, obſecro lætitiæ vis ſub mortem erit, cum verus Ieſu

Chriſti miles, qui diù in clauſtro latuit, & cum principibus,& poteſtatibus tenebrarum harum, creberrimè congreſſus eſt, oculos in anteactum vitæ curſum reflectens, innumeras victorias ſe reportaſſe,ac pro Deo ſe fortiter ſtetiſſe videbit? Tunc ſanè videbit, & affluet: & mirabitur, & dilatabitur cor eius, illuceſcente iam gloria, & pretioſiſsima corona, & candidiſsima veſte, quam perſeueranter exquiſiuit.

23 Tunc ſaliet, quaſi Ceruus, qui claudus, & ad gradiendum ineptus præ laborum pondere videbatur; tunc, quæ tranſactis mœroribus claudebatur, aperta erit lingua mutorum: tunc anima, quæ derelictione Dei fontis viui, exaruiſſe videbatur, erit in ſtagna, & ſitiens in fontes aquarum: tanta quippe diuinæ conſolationis vbertate fœcundabitur; vt lætetur deſerta, & inuia, & exultet ſolitudo.

24 Quid,obſecro,ſentiet verus perſeuerantię cultor, cum Ieſus Chriſtus quaſi ſplendidiſsimus ſol animæ illum cupienti affulgebit, & præ omni magnitudine ad thalamum æternarum delitiarum inuitabit aiens: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum? Ergo ne credendum eſt: quòd ſuauis hæc in clauſtro permanſio, tam fœlicem ſit exitum ſortitura? Nonne vniuerſas mundi calamitates auidè ex haurire par eſſet, vt tam fauſto fine clauderentur?Dent igitur Fratres noſtri, vt laborum finem, ab ipſo ingreſſu, mente conceptum ſeruent: vt ad omnem aduer-

ſitatem

ſitatem ſuperandam armati, quam impenſius expetunt, coronam acquirant.

De vitijs capitalibus. *Cap.* XXI.

1 QVamuis in tractatu virtutum vitijs contrarijs elidendis opportunam poſuerimus armaturam, è re noſtra eſt, principalia vitiorum capita in locum vnum coagmentare, vt ea pernoſcere, ac expugnare illorum ſede commodius inuenta, & cum virtutum capitibus collocata Fratres noſtri facilius poſſint.

2 Cum verò in tradenda virtutum doctrina, vitiorum meminiſſe, ac eorum deformitatem, modumq. pugnandi oſtendere oportuerit, breui quadam, & ad noſtrum inſtitutum appoſita, eorum expoſitione contenti erimus: vt hinc peccatorum cognitio; ex virtutum verò documentis remedia petantur.

3 Primum ergo locum, ſibi ſuperbia vendicat: quaſi vitiorum omnium regina: quæ eſt, inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor, & reuerentia. Eam quippe excellentiam affectat, cui alij honorem afferant: reſidetq. & in appetitu ſenſitiuo in parte Iraſcibili, & in voluntate, qua Iraſcibilis ingenio reſpondet.

4 Trifariam verò ſuperbiæ nomine Patres vtuntur: primo, pro illa pronitate ad ſuperbiendum, quæ homini in natura lapſa, ob corruptionem fomitis, natiua eſt: & hoc modo eſt radix om-

nis peccati: pars quippe inferior hominis, ſine Originalis iuſtitiæ retinaculis, bellua quædam ad omnem turpitudinem vehementer procliuis eſt, vt nimium experimur.

5 Secundò ſuperbia ponitur pro elatione contra præceptũ, vel pro appetitu inordinato excellentiæ in quauis re: & hoc modo eſt generale peccatum, quod reliquorum omnium caſtra percurrit.

6 Tertiò, accipitur pro appetitu illo excellentiæ cui debetur honor, vt in eius deſcriptione poſuimus: & hoc modo, eſt vnum è ſeptem vitijs capitalibus.

7 De hac ſuperbiæ acceptione propria dicturi ex ipſis deſcriptionis verbis, notamus, vitio huic innatum eſſe, maiora de ſe cogitare, quàm habeat: cum enim vigeat appetitus excellentiæ, & quò quis incumbit affectu, eò moueat intellectum, ac proinde facilè credit, quæ ardenter cupit: efficitur, vt intellectus ſuperbi de ſe honorifica credat, & ab alijs propterea honorem ſibi deberi exiſtimet.

8 Hinc vniuerſa ſuperborum damna originem trahunt, & illæ imprimis ſpecies quatuor à ſanctis Patribus celebratæ: quarum prima eſt, æſtimare bonum à ſe ipſo habere: ſecunda, datum à Deo, pro ſuis meritis ſe ſuſcepiſſe credere; tertia, gloriari ſe habere, quod non habet: quarta, ceteris deſpectis, appetere ſingulariter excellentem videri. Semel quippe poſita iniqua illa æſtimatione, qua homo effertur ſupra

id,

id, quod habet, conſequens eſt,vt, vbique captet excellentiam, hoc eſt, eas res, ob quas honore dignior haberi poſſit: dignior autem honore foret, ſi bona à ſe (quæ diuinitatis affectatio eſt) quàm ſi accepta haberet: dignior ſi quæ habet, pro meritis, quàm ſi abſque meritis accepiſſet:dignior,ſi haberet,quæ ſe habere mentitur: & denique dignior, ſi alijs excellens, quàm ſi deſpicabilis videretur.

9 Ex eodem capite proficiſcuntur gradus illi duodecim à ſanctis recenſiti, totidem humilitatis gradibus oppoſiti; nimirum curioſitas oculorum, contra humi defixos humilium oculos: leuitas mentis quam verboſitas oſtentat, contra humilium ſilentium: inepta lætitia, contra humilium qui ad riſum prompti non ſunt, temperatam hilaritatem: iactantia, contra humilium taciturnitatem vſque ad interrogationem: ſingularitas, contra humilium modum toti cœtui communem: arrogantia, contra morem humilium ſe omnibus viliores credentium,& profitentium: præſumptio contra morem humilium ſe ad omnia inutiles, ac indignos exiſtimantium, ac dicentium: defenſio peccatorum, contra humilem illorum confeſſionem: ſimulata confeſſio, ſcilicet, quæ pro peccatis pœnam ſubire non vult, contra humilium in laboribus patientiam:rebellio, contra humilium obedientiam: libertas, contra humilem propriæ voluntatis bbrogationem: peccandi conſuetudo

contra Dei timorem, qui in humilium cordibus ſedet.

10 Erga ſpecies, & gradus humilitatis perſpicaciter animaduertendum eſt, (quod ad noſtrũ inſtitutum ſpectat) non pro rebus ſerijs, & grauibus, ſed pro leuibus ſuperbiam excitari: non enim, (vt hoc exemplo cetera pateant) defenſio peccatorum, quæ eſt octauus ſuperbiæ gradus, pro peccatis lethalibus, Dei gratia, exercebitur, ſed, ne pro leuioribus culpis ſuſcipiatur, timendum eſt. Item non imminet adeò pręſens periculum, vt in quarta ſuperbiæ ſpecie, quis appetat ſingulari excellentia conſpicuus, cum grauis culpæ reatu apparere: ſed verendũ, ne in leuioribus id velit, & quærat. Profectò, ſi aliquis diſertius alijs loqui, melius legere, ſcribere, canere, ſpiritualem doctrinam capere, & rem quamlibet è noſtris, exactius alijs præſtare, nouerit, frequenter infeſtabitur, & fortaſſe cupiet, vt eam modicam excellentiam alij præ oculis habeant, & ei propterea deferant.

11 Hæc & alia multa nobis exitioſa, ex appetitu excellentiæ oriuntur: quæ Fratres noſtri cauebunt, ſi quæ in capite de Humilitate tradidimus altè concipere, exequiq. conentur: Enumeratæ autem ſuperbiæ ſpecies, ſiue gradus, & vitij ipſius capitalis natura cognita, eo conducent, vt notas ſuperbiæ, ac humilitatis internoſcant, & vitio declinato, virtutem auidius amplectantur.

12 Re-

12 Remedia vulgata ſuperbiæ, tria ſint: propriæ infirmitatis, magnitudinis Dei, ac imperfectionis propriorum bonorum conſideratio: quæ libris piatum meditationum alenda eſt. Hæc de ſuperbia.

13 Vana, ſiue inanis gloria (quam Cenodoxiam Græci Patres appellant) vitium capitale conſtituit: quæ nihil eſt aliud, quàm immoderatus appetitus gloriæ inanis, ideſt, illius claritatis, quæ illi oboritur ex aliorum notitia.

14 Gloria eſt quidam effectus honoris: ex hoc enim, quod quis honoratur, ſiue laudatur, exiſtit clara quædam eius notitia, ab alijs inde concepta, vnde gloria ſic definiri ſolet; Gloria eſt clara cum laude notitia. Cenodoxia ergo, quæ claritatem hanc immoderatè affectat, vitium iuxta ſuum nomen vaniſſimum eſt, & licet aliquid magnum prætendere videatur, infamiæ quiddam, vtpote virtuti magnanimitatis hominum laudes aſpernantis oppoſitum eſt.

15 Videtur certè Cenodoxia, quædam ſuperbiæ progreſſio: appetit quippe ſuperbus excellens videri, vnde alij honorem ei deferant; at gloriæ inanis cupidus, optat quoq. clareſcere, vt ſcilicet ex honore illi delato, alij excelſe de illo ſentiant, & claram cum laude notitiam concipiant.

16 Hæc mater venenata ſex filias pernitioſiſsimas generat, iactantiam, præſumptionem nouitatum, hypochriſim, pertinaciam, diſcordiam,

contentionē, inobedientiam: cum enim eius ſcopus ſit excellentiam propriam manifeſtare, cò tendit vno modo, directè, cupiens ſupra alios clareſcere per verba, quæ eſt iactantia: quæ certè verba, vel etiam facta, ſi admirationem excitent, eſt præſumptio nouitatum, ſi verba falſa ſint, eſt hypocriſis: alio modo reflexè, nolens, ſcilicet alijs minor videri: vel quo ad intellectum per defenſionem propriȩ ſententiæ, nolens cedere meliori, quæ eſt pertinacia, ſiue quoad voluntatem, nolens à proprio ſenſu recedere, vt alijs conſentiat, quæ eſt diſcordia; ſiue quo ad expreſſionem affectus per verba elata, quæ eſt contentio; ſiue quoad facta, dum ſuperioris præceptum exequi renuit, quæ eſt inobedientia.

17 Erga Cenodoxiam, & eius prolem, idem ferè, quod erga ſuperbiā, annotamus, in rebus videlicet leuioribus has feras deſæuire: familiare quippe eſt Monachis vanæ gloriæ cupidis, nolle alijs inferiores uideri, ac inde alijs contra ſententiam ſuam dicentibus cedere nolle, ac propterea in diſcordiæ voraginem incurrere, verbiſque concertare: neque enim paſſio, iræ (quod notatu digniſsimum eſt) contentionem, diſcordiamue procreat, niſi Cenodoxia ferueat.

18 Hæc autem, & alia plurima monſtra fratres noſtri vitabunt, ſi humilitatis, quæ gloriam reſpicit, & magnanimitatis, quæ illam paruifacit capita penſitent, ac earum virtu-

tum

tum actibus quos præſcripſimus vtantur. Hæc de Cenodoxia.

19 Inuidia, quæ ex inani gloria apertè naſcitur êſt mœſtitia de bono alterius, quatenus proprium bonum diminuere creditur: eſt vitium peſtilentiſſimum, vt pote charitati inimicum; ex quo quinque filiæ (vt Patres aiunt) oriuntur, Odium, ſuſurratio, detractio, lætitia de aduerſis, afflictio de proſperis.

20 Mox enim, vt quis inanis gloriæ cupidus proximi gloria ſe obſcurari opinatur, odit illum, & eius bonum diminuere conatur, vel clam illo, quæ eſt ſuſurratio, vel manifeſtè, quæ eſt detractio, & ſi res ex ſententia ſuccedat, ſubit lætitia, ſi ſecus mœſtitia, qua infœlix extabeſcit.

21 Quod verò ad monaſticam diſciplinam attinet, veriſſimum eſt leuiſſimis de cauſis hoc vitio Chriſti famulos infeſtari: puta, ſi alter è duobus peritia; lepore, vel alijs dotibus præcellat: ſi quid etiam minimum vnus è duobus, exactius efficiat, qui minus bene ſe geſſit, motu mœroris, & à contrario, ſi proximus in errato aliquo deprehendatur, lætitia ſe affici ſentit: quod in rebus minimis, ac frequentiſſimis fratres noſtri perſpicere poterunt. Vnum tamen præſertim obſeruent, inuidiam, aduerſus valde præſtantes non excitari: non enim nouus frater inuidebit Patri alicui ſeniori prudentiam, famam & eiuſmodi

alia

alia: ſed aduerſus condiſcipulos forſitan vrgebitur, ſi eos Superiori gratiores eſſe conſpexerit.

22 Hæc autem noxia inuidentiæ germina necari poterunt, ſi quæ in capite de Charitate præſcripſimus, accuratè obſeruentur.

23 Gula eſt immoderatus appetitus cibi, & potus, cuius ſpecies à Patribus quinque recenſentur ſub his vocum differentijs, lautè, ſtudioſè, nimis, præproperè, ardenter, filiæq. totidem, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, mentis hebetudo.

24 Quærit enim qui ventri deditus eſt eſculenta prætioſa, quod ad lautitiam; accurratè præparata, quod ad ſtudium ſpectat; quantitatem magnam, quæ notatur voce illa, nimis, anteuertit tempus, quæ eſt properatio; nimio affectu veſcitur, qui eſt ardor.

25 Ex hoc erumpit inepta lætitia, appetitu relaxato, nec à ratione tunc impedita correcto; ſcurrilitas, hoc eſt, multiplex geſtus ad riſum irritandum opportunus, neque enim ſe continere poteſt; immunditia, per emiſsionem ſeminis, vel alias excretiones; multiloquium, hoc eſt, verboſitas, mentis hebetudo, ſiue obſcuratio, ex vaporibus cerebrum obruentibus.

26 Vitium belluarum eſt: à quo, qui contemplationi vacare cogitant; longiſſimè abſiſtere debent. legatur caput de abſtinentia, & ſobrietate, quæ ſunt eius remedia præſentiſſima.

27 Aua-

27 Auaritia eſt immoderata cupiditas habendi; trifariamq.(ſicut & libido, & cupiditas) accipitur, vt paſſio ſubſequens peccatum originale, (quæ videtur eſſe ipſe fomes,) & ſic eſt radix omnium peccatorum, vt immoderatus appetitus cuiuſuis rei, & ſic eſt quid commune omni peccato, vt appetitus diuitiarum, & ſic eſt vitium capitale.

28 Eius ſpecies ſunt ſeptem, parcitas, tenacitas, cymilitas,id eſt, dandi difficultas,turpe lucrum, vſura, latrocinium, alea; ex quibus quatuor vltimas exponere opus non eſt, nec enim ad clauſtri diſciplinam ſpectant: tres verò primæ, hoc eſt, parcitas, tenacitas, cymilitas, ſeu dandi difficultas,ſatis crebro Chriſti famulos infeſtāt; cum rebus,quibus vtuntur,quaſi proprijs hærēt. Si enim cum diſtribuenda ſunt, parum dent, eſt parcitas, ſi nihil, eſt tenacitas: ſi difficulter admodum, eſt cymilitas. Mirum eſt certè, quo pacto, in officinas, & cellas ipſas, quædam auaritiæ peſtis irrepat.

29 Filiæ auaritiæ, ſunt ſeptem, Obduratio, violentia, inquietudo, fallacia, fraus, periurium, proditio. Obdurantur enim viri diuitiarum, nec ad miſericordiam emolliuntur, in acquirendo vim inferunt, cupiendo ſolliciti ſunt, fallunt verbis, fraudant operibus, periurant, & ſi opus eſt, produnt, ſicut Iudas, qui hoc vitio captus Chriſtum venumdedit; & alij à fide deſciuerunt.

30 Ex

30 Ex his pernicioſiſſimis fœtibus, inquietudo, præſertim ad clauſtrum ſe ſolet inſinuare; & contra Chriſti conſilium animos à cælo diuertere, quaſi opus ſit, ſæcularium more, Monachos de victu, ac veſtitu anxios eſſe: ſaniùs conſilium eſt: Nolite ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus: &c. legatur caput de paupertate, quæ cum hoc vitio capitales inimicitias gerit.

31 Ira eſt immoderatus appetitus vindictæ; qui triplex eſt, iuxta tres vitij huius ſpecies, acutus, in ijs, qui celeriter iraſcuntur, amarus, in ijs, qui diù iram ſeruant, difficilis ſeu grauis in ijs, qui vſque ad vltionem non requieſcunt. Filiæ vitij huius à Patribus ſex numerantur, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blaſphemia: & præter primam, & vltimam omnes in clauſtra quoque reformata penetrare ſolent, ac leuiſſimis de cauſis irritari: ibi enim ob res minimas ſçuit indignatio, contra proximum, quaſi indignum, qui iniurioſam irrogauerit, clamor, vocibus elatus, tumor mentis, cogitationibus vindictæ prægnantis, & contumeliæ, quando in verba quodammodo iniurioſa prorumpitur.

32 Vitium eſt Ieſu Chriſti famulis indigniſſimum, ſicut & paſſio iræ, cuius actibus iræ vitium generatur; vtrique autem, quæ in prima parte, de ira, & quæ in ſecunda, de manſuetudine ſcripſimus, appoſita remedia ſuggerent.

gerent.

33 Luxuria eſt appetitus venereæ voluptatis: cuius ſpecies ſunt ſex, fornicatio, ſtuprum, adulterium, inceſtus, raptus, vitium contra naturam, cuius quatuor ſunt ſpecies, mollities, abuſus mulieris, ſodomia, beſtialitas, omniumq. illarum grauitas, eo, quo recenſentur ordine, excreſcit.

34 Vitium ſanè turpiſſimum eſt, cuius filiæ à Patribus octo numerantur. Cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, deſperatio futuri ſæculi. Gradus vitij quinque, aſpectus, cogitatio, delectatio, conſenſus, opus. Actus è vitio prodeuntes quatuor, turpiloquia, ſtultiloquia, ſcurrilia, ludrica; nullum verò vitium adeò intellectum deprimit, ac luxuria.

35 Omnia capita hæc ideo propoſuimus, vt Fratres noſtri, Deo gratias agant, qui tam intolerabilem turpitudinem ab eis procul egit: & quicquid cum horrenda deformitate hac affinitatem aliquam habet, accuratiſſimè fugiant: nihil enim à Beatiſſimæ Virginis filijs longiùs abeſſe debet, quàm vel ſola horroris huius imago. Legatur caput de Caſtitate, vbi quod ad vitium hoc expugnandum, requiri poteſt, expreſſum eſt.

36 Acedia vitium capitale, eſt tædium, ſiue triſtitia de bono ſpirituali diuino: aliàs enim paſſio communis eſt. Eius filiæ à Patribus ſex enume-

enumerantur, malitia, quæ eſt deteſtatio ipſorum bonorum ſpiritualium, rancor, hoc eſt, indignatio contra proximos ad ſpiritualia inducentes, deſperatio bonorum diuinorum, puſillanimitas ad ea quærenda, torpor ad explenda præcepta, euagatio ad illicita.

37 Multa quoq. alia germina ſimilia producit, cuiuſmodi ſunt, amaritudo, ocioſitas, ſomnolentia, cogitationum importunitas, curioſitas, verboſitas, corporis inquietudo, inſtabilitas.

38 Mala hæc omnia ſpirituali profectui infeſtiſſima, & in clauſtris, vbi cœleſtium rerum deſiderio non feruent, frequentiſſima, Fratres noſtri depellent, ſi quæ in capite de diligentia præſcripſimus, ex animo obſeruent.

39 Octo capitalia vitia recenſuimus, licet vulgò ſeptem numerentur, iuxta diuerſas Patrum opiniones, ſuperbiam, & Cenodoxiam in caput vnum contrahentium, vel alteram excludentium.

40 Ex his ergo, quę de capitalibus vitijs compendio ſcripſimus, cum è multis pauca, etſi capitalia poſuerimus, Fratres noſtri perſpicere poſſunt, quàm ſint multa hoſtium agmina, quibus congrediendum eſt: quantiq. ponderis ſit, virtutum culturę feriò ſe dedere, ac ſtrenuè dimicare: inter hoſtes quippe verſantur.

41 Huc ſpectat illud è Baruch. 3. Audi Iſrael mãdata vitæ: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es?

Dere-

Dereliquiſti fontem ſapientiæ. nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq. in pace ſuper terram. Hęc videlicet ratio tot hoſtium ferax eſt, quia omnes nos, quaſi oues errauimus, & contra noſtram ſalutem hoſtes armauimus.

42 Propter hoc illud Dauid pręceptum iure à nobis obſeruandum eſt: 2.Reg.1. præcepit enim vt docerent filios Iuda arcum, ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum, Fratres quippe noſtri armis exercendi ſunt, vt iuſtos decet, qui à primis annis præliandi artem addiſcunt.

42 Et quidem ſi cum tot agminibus inermes, vel ſoli confligerent, ſpes modica ſuppeteret: habent tamen arma opportuniſſima virtutum, & fortiſſimum ductorem Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: qui alligare nouit proteruos reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

43 Qua verò ratione tot vitiorum monſtra proſtrare, tot paſsiones à nobis parte prima deſcriptas ſubiugare, tot virtutes parare, breui compendio valeant, in capite proximo exponemus.

De nonnullis annotationibus in tractatum virtutum, & vitiorum. *Caput.* *XXII.*

1 Virtutes, illę quę ad latriam ſpectant, in tractatu de Oratione ſedem propriam habent; ac ob id eò à nobis reiectæ ſunt.

2 Vniuersè autem quo ad virtutes ac vitia notan-

tandum: quòd quemadmodum actus v.g. furti, ſi ad luxuriam quis furetur, eſt actus luxuriæ: ſi ad faſtum, eſt actus ſuperbiæ: ſi ad ingluuiem, & crapulam, eſt actus gulæ, & ebrietatis: & quot fines illicitos ſibi fur proponit, tot ſpecies peccatorum vnus actus ille ſortitur: ſic qui miniſtrat v.g. Miſſæ, qui eſt actus latriæ, ſi miniſtret ad obediendum ſuperiori, eſt actus obedientiæ: ſi vt placeat Deo, eſt actus amoris Dei: ſi vt proſit quoque proximis, eſt actus charitatis: ſi vt per id ſacrificium aſſequatur beatitudinem, eſt actus ſpei: ſi vt ſatisfaciat Deo pro peccatis, eſt actus pænitentiæ: & quot fines honeſtos concipit, tot virtutum ſpecies contrahit. Quod Fratres in morem inducere conentur.

3 Res quippe maximi ponderis eſt actum vnũ, qui vnius tantum meriti ferax eſt, ſola directione ſeptuplò, aut decuplò fęcundare.

4 Vnum præſertim ad calcem primæ partis indicatum, obſeruatione digniſſimum erga virtutes omnes acquiſitas, vitia, paſſionesq. videtur: quod ad modum attinet: licèt enim appoſita media vnicuique virtuti parandæ, vitio aduerſo, paſſioniq. vincendis præſcripſerimus, non ſatis eſſe videtur, ad viam ſternendam, & pro cuiusq. genio metam attingendam.

5 Alios quippe videmus paſſione vna, quàm altera moleſtius infeſtari, & ex ingenio ſuo, virtute vna, quàm altera magis indigere: quæ vniuerſorum Patrum conſenſio eſt: quam, & expe-

rientia

rientia docet. Nam, quem iracundia vexat, luxuria verò minimè, compertum eſt ſtudioſius in manſuetudinem, quàm in caſtitatem incumbere debere: quem verò ſuperbia infeſtat, ira verò, aut luxururia parum, humilitatem potiùs quàm vtramque virtutem illam colere oportebit: quamobrem ei qui morbo peculiari laborat, non ex æquo remedia virtutum omnium adhibenda ſunt.

6 Immò rebus, & exiguo captu hominum collatis, poſtquam quis morbo vno, vel altero grauiter ſe affici nouit, conſultiùs videtur, vt vires prope omnes, ad vnum præcipuè ſtudium virtutis vnius cogat, & vincat: exploratum eſt enim, vires modicas in ſtudia multa diuiſas, nihil egregium præſtare: immò vix aliquid laude dignum aſſequi, more canum, qui lepores multos inſequuntur & nullum capiunt.

7 Hoc autem non ſic accipiendum eſt, vt qui paſſione vna torquetur, eam tantum virtutis vnius cultu domare, & vitium oppoſitum extirpare, ceterarumque paſſionum, vitiorum, ac virtutũ curam deponere debeat: ſed ita, vt illud peculiare propoſitum, quo magis eget, multo accuratiùs teneat: cetera verò, pro incidentibus occaſionibus, quas & multiplices, & quotidianas Congregatio noſtra parit, virtutibus præſertim in hebdomadas, menſes, annoſque ſingulos aſſignatis, exerceat.

8 Appoſitum exemplum videtur, Theologorum, vel Iuriſprudentum, aut Medicorum inſtitutum: Theologus quippe (vt ex hoc reliqua duo pateant) ſcientiã de Deo profitetur, & huic, ſi ſapere velit, intentiſſimè vacat: verùm quæ inter legendum, vel ſcribendum, vel agendum occurrunt, ad Iuriſprudentiam, & Medicinam ſpectantia, ea præſertim, quæ Theologiæ affinia, ſimilia, vel connexa ſunt, libenter ediſcit: ſic ergo, perſpecta ſemel virtutis vnius neceſſitate, vitij, ſeu paſſionis infeſtatione, ita firmiter ſtudium hoc arripiendum eſt, ac ſi ea foret profeſſio peculiaris; cęteræ verò virtutes, cum omnes cõnexæ ſint, libenter quidem, ſed non ita intentè colendæ; cęterę paſſiones, & vitia vigilanter quidem, at non ita neruosè oppugnanda.

9 Hanc verò eſſe viam breuiorem, & vtiliorem his rationibus oſtendimus.

Nobiliorum Theologorum ſententia concors eſt, virtutes omnes, præcipuè, cum ſtatum ſpecie ſua perfectum attigerunt, eſſe connexas: quod eſt idem, ac dicerent; fieri non poſſe, vt quis ſtudio v.g. manſuetudinis deditus, eam virtutẽ perquirat, quin ſimul, caſtus, fortis, magnanimus, humilis, ſobrius, iuſtus, prudens, vitijs omnibus pulſis, & paſſionibus domitis euadat: quod ea ratione patet: quia mitis eſſe nequit niſi prudens; at prudens eſſe non valet, niſi iuſtus, caſtus, humilis, &c. prudentia quippe iniuſta, intemperãs, ſuperba eſſe non poteſt. Præſcribit enim illa vir-

tutibus media ad rationis normam exacta, virtutes verò ipſi finem præfigunt, ac ita, vitijs omnibus eliminatis, paſſionibusq. ſubiugatis, componitur vnum, integrumq. ex omnium virtutum partibus ædificium.

10 Si ergo virtus vna perfectè acquiri nequit, niſi omnes quoque, cum vitiorum, & paſſionum victoria pariantur; quantò, & breuiùs, & efficaciùs, intenſo vnius, quàm remiſſo multarum ſtudio res peragetur? ſi enim hominis vires (vt poſuimus) exiles ſunt, & non modò multa ſimul ardua, ſed vix vnum perficere valent: quantò ſit compendioſiùs, vnum moliri, & illo, velut catenæ orbiculo, cetera conſerta trahere?

11 Profectò, vires in vnum conatum contractæ validiùs agunt: & ſic animus in humilitatem v.g. intenſiſſimus, actus admodùm intenſos, quos in plura diuiſus non produceret, promit: Iam verò, ſi actus intenſiores producit, eam virtutem breuiùs proculdubiò comparabit: at non comparabit ſolam: ergo citiùs omnes comparabit: ſed omnes virtutes non acquiruntur, niſi vitia omnia, paſſionesq. vincantur: omnis ergò perfectio ſimul exquiretur.

12 Accedit ad hoc, quòd genio, ac neceſsitate cuiuſque, (vti diximus) perpenſis, & collatis, electio prudentiſsima, & ſpirituali habitudini maximè conſona eſt.

13 Hinc eſt, vt non exemplis tantùm externis, ſed noſtris quoque probatum ſit, eos, qui ſanctitate

inter nos inſigniter ſplenduerunt, ad aliquod peculiare propoſitum vires omnes præcipuè contuliſſe: aut enim, ſe humilitati, aut manſuetudini, aut obedientiæ, quaſi profeſſioni propriæ dediderunt: & eo ſtudio cætera omnia compararunt. Et quidem apud vniuerſi Orbis nationes, arte vna inſignem, quàm multis mediocrem artificem eſſe, glorioſius eſt: præſtat enim pictorem egregium, quàm ſimul citharædum, chirurgum, ſcriptorem non egregium eſſe, & hoc (vt patet) vbi per artem vnam, aliæ ſimul non parantur. Quid ſi pararentur, quemadmodum per virtutem vnam, cæteræ acquiruntur?

14 At rem exemplo demõſtremus, vt pateat, non modo virtutem vnam, poſtquam adoleuit, cæteras omnes ſecum conſertas habere; ſed in ipſo quoq; acquiſitionis conatu, virtutes omnes pro incrementi modo connecti, & paſſiones quoque omnes ſubiugari, vitiaque depelli.

EXEMPLVM DE MANSVETVDINE.

15 POſtquam quis ſe multis caſibus iracundum eſſe, ac proinde inter paſſiones omnes iræ mortificatione, ac inter virtutes omnes manſuetudine potiſſimũ indigere perſpexit, re cum Magiſtro communicata, certamen hoc inire seriò decernit.

16 Spe igitur erecta, & in clementiſſimo Deo collocata, legit caput de Manſuetudine, ac præſcri-

ptis

ptis actibus, ad iram domandam, & eam virtutem acquirendam, & creberrimè, & vigilantiſſimè ſe vſurum conſtituit.

17 Frequentiſſimè orat, & verbera, ieiunia, ſponte, de Superioris venia ſuſcipit; ſacramque communionem frequentat: hoc quippe, & alia ſimilia, conſtantiſſime præſtiturus eſt, & firmiſsimo propoſito decreturus, mori ſe malle, quàm à propoſito deſiſtere: hic enim (ſi vſpiam) perſeuerantia, & magnanimitas commendantur.

18 Conſiderat deinde, vbi, quando, à quibus, & ob quas cauſas irà excitatur, & oblatis occaſionibus ſic ſe gerit.

Frater aliquis, qui minus debuit, vbi non oportet, eo modo, quo non decet, illum verbis exaſperat: paſſio iræ, quaſi fera quædam indomita ex antro exilire, & malo malum rependere geſtit. Confeſtim nouus manſuetudinis cultor rationis actum, præceptumuè producit, aiens: Modò non eſt iraſcendum; ne ferueas. Ecce actum prudentiæ proprium, qui eſt præcipere, quo intellectus inſtruitur: ira tamen non deferuet, ſed ad vindictam impellit; ſed Frater ille perſiſtit aiens: Nefas eſt inferre vindictã; & propterea volũtas execratur vindictã: ecce actus iuſtitiæ, (cui opponitur vltio, quæ auctoritate priuata fit) quo certè actu voluntas inſtruitur: At nõ quieſcit ira, triſtatur enim appetitus concupiſcibilis, quòd malum hoc pati, nimis graue videatur, & optat ex vindicta delectationẽ percipere, triſtitiãq; depellere:

tunc frater ille rationis imperio vrés, eligit mœſtitiam illè potiùs pati, quàm acriter reſpondere: ecce actum temperantiæ, quia cōcupiſcibilis domatur; Vlterius ira feruet, & frater ille rationis dominio aduerſus feruorem illum conſiſtens, elicit actum conſtantiæ, quo eligit potius illi difficultati obſiſtere, quàm parum ſuauiter cum proximo agere: ecce actum annexum fortitudini; quo appetitus iraſcibilis regitur. Denique ipſa manſuetudine, quæ in iraſcibili ſedet, prævalente ira ſupprimitur. Patet ergo, virtutes non partas modo, ſed dum acquiruntur, connecti, oppoſita vitia repelli, paſſionesque domari.

19 Sed adhuc liquidiùs rem aperiamus, & vim, efficaciorem demonſtremus. Cū frater ille manſuetudini deditus, feruente circa cor ſanguine, multis motibus internis agitatur, & intellectu meditatur honeſtius eſſe ſilere, ac vultum hilarem exhibere: omnino patere videtur, ad eam quam elegit virtutem colendam, non ſolùm acquiſitarum, ſed infuſarum etiam actus concurrere: quod ſic probamus.

20 Nouus frater dum diſciplina clauſtri eruditur, actus virtutum acquiſitarum, ad infuſarū, ac præcipuè Theologicarum finem ad primas quoque præceptiones referre diſcit, vt in cap. 5. de virtutibus moralibus in commune, ſub exemplo temperantiæ, & ſub capitis huius initium, exemplo actus vnius ad fines multos honeſtos relati, aperte monſtrauimus. Cùm ergo, ex occaſione manſue-

ſuetudinis, earum actus exercere queat, quare iacturam eam faciat? Quòd verò poſſit, in hunc modum patet.

21 Illata iniuria eſt: fides docet, diſplicere Ieſu Chriſto vltionem, ac ex eo lumine, dicit intellectus per fidem non licere vlciſci: ſpes ait ad immenſi boni acquiſitionem, hac arduitate victa, ſe promoueri: charitas ait, amandum eſſe proximum, etiam cum malè agit: prudentia dictat, ad parandam coronam occaſionem hanc, eſſe medium opportunum: Iuſtitia monet, tribuendum cuique quod ſuum eſt, & quia dicit Deus: Mihi vindictam, & ego retribuam, non infert malum: modeſtia ſuadet, non eſſe admittendam iræ deformitatem, quam exteriùs prodit: humilitas ait, animum infra alios demittendum, ac ex eo illis non reſiſtendum: temperantia ait: nullam voluptatem illicitam, vndecumque, ac proinde, neque ex vltione ſumendam: magnanimitas ait, non ſolùm in medioeri manſuetudinis occaſione, ſed in maximè ardua leniter agendum. Ecce quo pacto virtutum actus cohærent: nam ex omnibus prædictarum virtutum affectibus manſuetudo in euentu deſcripto, exerceri, contrarijſque vitijs, & paſſionibus obniti poteſt.

22 Nec refert, omnes actus recenſitos, fortaſſe non eſſe, ex omni parte, vſque adeò earum virtutum proprios: non enim ea quæ in ſcholis appellatur (formalitas) adeò ſtricta requiritur: & eſto,

requiratur; multiplices aliæ occaſiones proprios aliarum virtutum actus producunt: quod hac ratione conuinci videtur.

23 Qui ad iram pronus,& miteſcere cupit; nunc irritatur cibi cauſa, vbi exercet propriè abſtinentiam, & ſobrietatem: nunc deſpectus cauſa, vbi humilitatem: nunc laborum pondere, vbi patientiam: nunc aliquibus tentationum impudicarum incurſibus, vbi caſtitatem: modò proximorum faſtidio, vbi charitatem: modò ſpiritualis viæ impedimentis, vbi conſtantiam: & ſic de multis alijs, quæ recenſere, nimis prolixum foret: ac demum tametſi exempla tam propria inuenire nequiremus; allata ſuperius ratio à virtutum connexione conuincit.

24 Fratres ergo noſtri rem hanc mente pertractent, ac de Magiſtri conſilio ſic expediãt, vt breuiore compendio, perfectionis Chriſtianæ metam attingant.

De donis Spiritus ſancti. *Cap.* XXIII.

1 POſtquam de Virtutibus, quantum propoſiti noſtri ratio exigere videtur, actum eſt, de Donis Spiritus ſancti, de fructibus, & beatitudinibus proximis capitibus agemus: vt Fratres noſtri, quibus à Deo bonis augeantur, & ad progreſſum incitentur, agnoſcãt: & tantarũ diuitiarum iacturã reformident. Hoc ergo capite Spiritus ſancti dona percenſere operæpretium erit.

2 Præ-

2 Præter honeſtatem, opuletiamque virtutum Theologicarum, moraliumque infuſarum, & acquiſitarum, opus fuit, hominem ægrum, & virtutibus vti, pro earum dignitate, minimè valentem, additis Spiritus ſancti donis expediri.

3 Sunt autem dona hæc habitus hominem perficientes, ad hoc, vt inſtitutum atque motionem Spiritus ſancti promptè ſequatur: quemadmodum & virtutes ſunt habitus hominem perficientes, vt rationis imperio, ſeu motione promptè ducatur.

4 Nobilitas donorum poſt Theologicas virtutes, maior, quàm virtutum omnium reliquarum eſt. Ordinis verò ratio eſt: quia Theologicis virtutibus homo ſociatur ipſi Deo mouenti: donis verò perficitur, vt ad Deum, tanquam ad finem moueatur: virtutibus autē moralibus excolitur, vel in ordine ad finem principiaque ſupernaturalia, quod eſt infuſarum, vel naturalia, quod eſt acquiſitarum, quæ poſtremam dignitatem obtinent.

5 Sunr autem numero ſeptem cœleſtia dona hæc; donum ſcilicet ſapientiæ, intellectus, conſilij, ſcientiæ (quæ ſunt in intellectu) donum pietatis, quod eſt in voluntate, donum timoris, quod iuxta Sanctum Thomam eſt in concupiſcibili, licèt alijs aliter videatur, donum fortitudinis, quod eſt in iraſcibili: vt omnes hominis partes, quæ virtutibus perficiuntur, donis quoque ad opus expediantur.

6 Si-

6 Similitudo apta è ſtructura curruum duci poteſt: poſtquam enim rotis, ac cæteris partibus muniti ſunt, habent ſanè inſtrumenta, quibus agi poſſint: at niſi oleo vngantur, ægrè trahuntur ſic homo virtutibus, quaſi rotis, ad motum comparatis inſtructus eſt; at niſi oleo lætitiæ leniatur, agi nequibit: Vnde patet, quàm propriè vnctionem Spiritui ſancto tribuamus, ſicut ſcriptum eſt: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Sed iam cuiuſque doni vim deſcribamus.

7 Donum intellectus perficit rationem ſpeculatiuam, vt diuinas veritates apprehendat: Conſilij verò donum rationem practicam perficit.

Sed poſt veritatum diuinarum conceptionem, vt homo de rebus diuino modo iudicium ferat, media ſapientia, ratio ſpeculatiua, ſcientia verò ratio practica perficitur, & hæc quo ad intellectum.

Appetitum autem rationalẽ, hoc eſt, voluntatem, pietas perficit. Concupiſcibilem verò contra inordinatam delectationem timor, ſed iraſcibilem, contra timorem periculorum perficit fortitudo.

8 Sic autem exponi poſſunt: Donum intellectus, præter fidei lumen confert, vt potentia intellectus, veritates à Deo reuelatas facilius, quàm per ſolam fidem ex Spiritus ſancti inſtinctu capiat: Conſilium, vt quid fieri oporteat, ex motione Spiritus ſancti certius inueniat: Sapientia,

tia, vt per eiuſdem Spiritus impulſum per regulas diuinas, ſcientia, vt per regulas humanas de rebus diuino modo iudicium ferat. Pietas voluntatem afficit, vt erga Deum, quaſi Patrem affectu filiali promptè moueatur, & quæ Dei ſunt; vt ſanctos, ſacram Scripturam, pauperes colat: timor, concupiſcibilē à delectationibus ſingulari modo, propter Deum coërcet; fortitudo iraſcibilem diuino modo contra pericula erigit.

9 Actus horum donorum proprij, non ſunt vſque adeò vulgares, vt paſſim eliciantur, nec iuxta communes morum regulas ſemper iudicandi ſunt: Theologi enim, cùm aliquid, præter mores, quod non temere imitari quiſque poſſit, à viris ſanctitate claris efficitur, his donis, per motionem Spiritus ſancti peculiarem attribuūt. Sic in ſcriptura, inſolita multa proponuntur, quæ Spiritus ſancti ſingulari vi, ac lumine, à Sanctis præſtita fuere; quæ ſine donis minimè præſtitiſſent.

10 Cùm ad littus Rubri maris ſubſtitiſſet Iſrael, & Moſes præcipiente Deo aquas intercidiſſet, cæteris ad prodigium illud cohibitarum aquarum alueum ingredi trepidantibus, Aminadab fortitudinis dono excitatus irrupit. Samſon eodem vſus dono, columnas templi Philiſtæorum concuſſit: Dauid cum leone, vrſo, Goliath Philiſtæo congreſſus fuit: ex alij & gente illa ſimili Spiritus ſancti vi alia perfecerunt.

Eccleſiæ verò exempla, & innumera, & illuſtriſ-

luſtriſſima extitere; qualia omnes illi præbuiſſe videntur, qui, non pertracti, ſponte ſua, ſe flammis vel fornacibus calcarijs, vel feris, impetu Spiritus ſancti obiecerunt.

11 Donis ſapientiæ, & ſcientiæ, quæ per ſingularem Spiritus ſancti impulſum ad ferendum iudicium conferunt, tribui ſolet iudicium, quod tulit Salomon, quando infantulum, quòd duæ meretrices ſibi vindicabant, interſecari iuſſit & matrem dignouit: non enim ſine Spiritus ſancti lumine, tam ſapienter agere potuiſſet, præſertim, cum iuxta multorum Patrum ſententiam, duodecim tantum eſſet annorum.

Eiuſdem Spiritus impulſu Daniel puer, cùm Suſanna ad ſupplicium traheretur, de duobus ſenibus iudicium ſtupore totius populi ſapientiſſimum tulit.

12 Dono conſilij tribui meritò poſſunt, quæ clariſſimi ſancti dementiam, vel ruſticitatem ſimulantes egerunt: cuiuſmodi fuit nobiliſſimus ille Philoſophus Alexander cognomento Carbonarius, & ſanctus Alexius Romanus. Sed & perfecta mundi rennnciatio, qua quis diuitias, & honores & voluptates omninò contemnit, Spiritus ſancti conſilio congruit.

13 Dono timoris, permoti, multa in caſtitatis cultu, & occaſionum fuga, vel victoria ſancti prodigioſè patrarunt: qualis fuit ille, qui pacto pretio ſcortorum noctes emebat, & nocte tota vigilans; & Deo iuxta impudicum lectum caſtiſ-

ſimè

ſimè vacans,peccata lenonũ prohibebat:cõcupiſcẽtiã quippeDei timor validiſſimè ſuperauerat.

13 Dono etiam pietatis (quo Deus tanquam pater,& ſancti,& alia quæ ad Dei cultũ ſpectant, coluntur) tribui poſſunt plurima inſolita, quæ ex ijs affectibus prodibant, dum ſancti ſe publicantes, & tyrannos maledictis exagitantes, pro Deo, pro ſanctis imaginibus, & alijs ſacris decertabant.

15 Hæc eò ſpectant, vt fratres noſtri animaduertãt, viros ſpiritui diuino parentes, multa palam efficere, quæ ſi carneis oculis cernenda forent, vel reprehenderentur, vel ſaltem non laudarentur:at benè eſt, vt ſciamus, cùm aliqua noua, & nõ valde probabilia cernimus, fieri poſſe, vt non ſolùm bona, ſed excellentiſſima quoque bona ſint:quæ certè ſynceritas in ferendo iudicio Virginis filios magnopere decet: & per ſe ad cordis pacem, & charitatem prõximorum alendam vtiliſſima eſt.

16 Sed ad ſtatum noſtrũ, quãdiù Spiritus ſanctus impulſu aliquo peculiari nõ mouet,quod ex donorum doctrina fratres noſtri excerpere debẽt, expeditio eſt:vt ſcilicet, qui vncti oleo ſunt, ne deſideant, ſed à Spiritu velocius moueri curent: quod animi coaptatione, per opera bona conſequentur.

17 Vnum verò ſummopere commendamus: vt timorem Dei ſtudioſiſsimè ſeruent, ac meditationibus augere nitantur: ſi enim ſapientiam

tiam paraturi venerunt, & initium ſapientiæ eſt timor Domini, & ſi corpore in clauſtro ver-ſentur, niſi timere diſcant, ſpiritualem culturam nunquam incipient: tantum abeſt, vt proficere poſſint.

17 Vt autem timorem hunc ſalutarem, è quattuor nouiſſimis tria potiſſimum, mortem ſcilicet, iudicium, & inferninum, ſuæ vocationis initio alta mente concipiant: communesque meditationes huc admodum conferentes frequentius legant: cum enim nondum ij ſint, qui amore ſolo duci poſſint, grauiter errabunt, ſi timoris cura depoſita, altum ſapere velint.

De fructibus ſpiritus ſancti, & beatitudinibus. Cap. XXIII.

1 Clementiſſimus Deus, qui hominem, quoad omnes eius partes virtutum, & donorum habitibus perficit, vt expeditè ad ciuitatem permanſuram feratur; hoc etiam in exilio, fatigatum recreare, ac ſtrenuè agentem ad perfectionem quandam futuræ beatitudini, quaſi contiguam prouehere ſolet.

2 Ex ipſiſmet quippe virtutum & donorum habitibus viri rebus diuinis addicti actus multos eliciunt humano cordi ſuauiſſimos, qui proinde fructus appellantur, ſimilitudine fructuum naturalium, in quibus tota plantarum ſuauitas ineſt. Sunt autem ij fructus duodecim: Charitas, gau-

gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Ad fructus autem rationem pertinet, vt in ſuo genere, quid vltimum ſit, & ſapore delectet: quod in fructibus enumeratis reperitur: & vno, pro multis, exemplo liquebit.

3 Charitas enim fructuum primus, nihil eſt aliud, quàm actus ipſius habitus charitatis, qui eſt amor; qui & vltimus, cum ad illum ordinatur habitus, & ſuauiſſimus, ex motione Spiritus ſancti amoris guſtum ingerentis eſt.

4 Idem ad proportionem de alijs fructibus recenſitis aſſerendum: ſiue enim ſit manſuetudo, ſiue caſtitas, ſiue alia virtus: tunc dicitur fructus ſpiritus ſancti producere, cùm ipſo ſpiritu agente actum excellentem, ac delectabilem elicit.

5 Beatitudines verò, vltra delectationem, addunt perfectionem altiorem, ac exinde ſtatui cœleſtis patriæ propinquiorem: ex quo, potius donis Spiritus ſancti quàm virtutibus attribuuntur, cùm in fructibus è contrario dicendum ſit. Quia verò beatitudines, actus vltimi, & ſuaues ſunt, quicquid nobilitatis fructus habent complectentes, omnis beatitudo fructus appellari poteſt: at non omnes fructus poſſunt appellari beatitudines. ſunt autem octo numero: paupertas Spiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia, pax, perſecutionis patientia:

tientia: ſed exemplum proferamus.

6 Dicit Chriſtus: Beati pauperes Spiritu, quod ad humilitatis actum, vel Beati mites, quod ad manſuetudinis actum pertinet: qua quidem appellatione, iuxta ſententiam grauiſſimorum Patrum, quamdam in pręſenti vita inchoatam fœlicitatem ſignificauit. Pertingunt enim viri ſeriò Ieſu Chriſto dediti ad quemdam humilitatis, & manſuetudinis gradum adeò ſublimem, vt etiam regnum cœlorum, vna cum ſpiritus paupertate, & terram viuentium vnà cum manſuetudine poſſidere dicantur. Actus eximij, cœleſti ſuauitate conditi, & Chriſtianæ perfectionis ſplendore conſpicui ſunt: quales ſancti producunt, cùm iam palmæ propinquant.

7 Inter beatitudines has diuina contemplatio. (quæ eſt actus intellectus in æterna ſpectacula directi, & admiratione ſuſpēſi, actus ſcilicet, elicitus, ab excellentiſſimo inter alia omnia ſapientiæ dono) ſub cordis munditia reponitur: qui quidem, eſt potior inſtituti noſtri finis, conſtans puriſſima diuinitatis notitia, ineffabili delectationi permixta; vt meritò veræ ac futuræ beatitudinis imaginem gerat. De qua tamen nihil modò dicendum: res enim iuniorum fratrum captum excedit, ſed animum, vt eò tendat excitare deberet.

8 Diſciplinæ quippe huius eſt, noſſe, ineffabile bonum hoc, in hoc etiam exilio ſtrenuis militibus indulgeri: vt animi ad prælia erigantur,

&

& perennibus deſiderijs ad ſuauiſſimam contemplationem aſpirent.

9 Non videtur Ieſus Chriſtus Dominus noſter omnes beatitudines, nec Apoſtolus[c] fructus Spiritus ſancti omnes, ſed nobiliores, ad quos cæteri reducuntur, recenſere voluiſſe: ex quo multa ſcripturæ ſacræ in alijs actibus beatitudines, vel Spiritus ſancti fructus laudantis aſſerta patebunt.

10 Præter omnes virtutes, ac dona, beatitudines, ac fructus, Clementiſsimus Deus, ad bonum aliorum, ſolet multos etiam peccatores, gratijs gratis datis vt prophetia, dono linguarum, gratia ſanitatum inſtruere: ſed hæc, cum aliorum bonum non propriam ſanctitatem, cui nunc fratres noſtri vacant, augere certum ſit, in aliud tempus reijcienda ſunt.

Digitized by Google

tunc frater ille rationis imperio vrês, eligit mœſtitiam illè potiùs pati, quàm acriter reſpondere: ecce actum temperantiæ, quia cõcupiſcibilis do matur; Vlterius ira feruet, & frater ille rationis dominio aduerſus feruorem illum conſiſtens, elicit actum conſtantiæ, quo eligit potius illi difficultati obſiſtere, quàm parum ſuauiter cum proximo agere: ecce actum annexum fortitudini; quo appetitus iraſcibilis regitur. Denique ipſa manſuetudine, quæ in iraſcibili ſedet, prævalente ira ſupprimitur. Patet ergo, virtutes non partas modo, ſed dum acquiruntur, connecti, oppoſita vitia repelli, paſſionesque domari.

19 Sed adhuc liquidiùs rem aperiamus, & vim, efficaciorem demonſtremus. Cũ frater ille manſuetudini deditus, feruente circa cor ſanguine, multis motibus internis agitatur, & intellectu meditatur honeſtius eſſe ſilere, ac vultum hilarem exhibere: omnino patere videtur, ad eam quam elegit virtutem colendam, non ſolùm acquiſitarum, ſed infuſarum etiam actus concurrere: quod ſic probamus.

20 Nouus frater dum diſciplina clauſtri eruditur, actus virtutum acquiſitarum, ad infuſarũ, ac precipuè Theologicarum finem ad primas quoque præceptiones referre diſcit, vt in cap. 5. de virtutibus moralibus in commune, ſub exemplo temperantiæ, & ſub capitis huius initium, exemplo actus vnius ad fines multos honeſtos relati, apertè mõſtrauimus. Cùm ergo, ex occaſione manſue-

ſuetudinis, earum actus exercere queat, quare iacturam eam faciat? Quòd verò poſſit, in hunc modum patet.

21 Illata iniuria eſt: fides docet, diſplicere Ieſu Chriſto vltionem, ac ex eo lumine, dicit intellectus per fidem non licere vlciſci: ſpes ait ad immenſi boni acquiſitionem, hac arduitate victa, ſe promoueri: charitas ait, amandum eſſe proximum, etiam cum malè agit: prudentia dictat, ad parandam coronam occaſionem hanc, eſſe medium opportunum: Iuſtitia monet, tribuendum cuique quod ſuum eſt, & quia dicit Deus: Mihi vindictam, & ego retribuam, non infert malum: modeſtia ſuadet, non eſſe admittendam iræ deformitatem, quam exteriùs prodit: humilitas ait, animum infra alios demittendum, ac ex eo illis non reſiſtendum: temperantia ait: nullam voluptatem illicitam, vndecumque, ac proinde, neque ex vltione ſumendam: magnanimitas ait, non ſolùm in mediocri manſuetudinis occaſione, ſed in maximè ardua leniter agendum. Ecce quo pacto virtutum actus cohærent: nam ex omnibus prædictarum virtutum affectibus manſuetudo in euentu deſcripto, exerceri, contrarijſque vitijs, & paſſionibus obniti poteſt.

22 Nec refert, omnes actus recenſitos, fortaſſe non eſſe, ex omni parte, vſque adeò earum virtutum proprios: non enim ea quæ in ſcholis appellatur (formalitas) adeò ſtricta requiritur: & eſto,

R 4 requi-

requiratur; multiplices aliæ occaſiones proprios aliarum virtutum actus producunt: quod hac ratione conuinci videtur.

23 Qui ad iram pronus, & miteſcere cupit; nunc irritatur cibi cauſa, vbi exercet propriè abſtinentiam, & ſobrietatem: nunc deſpectus cauſa, vbi humilitatem: nunc laborum pondere, vbi patientiam: nunc aliquibus tentationum impudicarum incurſibus, vbi caſtitatem: modò proximorum faſtidio, vbi charitatem: modò ſpiritualis viæ impedimentis, vbi conſtantiam: & ſic de multis alijs, quæ recenſere, nimis prolixum foret: ac demum tametſi exempla tam propria inuenire nequiremus; allata ſuperius ratio à virtutum connexione conuincit.

24 Fratres ergo noſtri rem hanc mente pertractent, ac de Magiſtri conſilio ſic expediāt, vt breuiore compendio, perfectionis Chriſtianæ metam attingant.

De donis Spiritus ſancti. *Cap.* XXIII.

1 POſtquam de Virtutibus, quantum propoſiti noſtri ratio exigere videtur, actum eſt, de Donis Spiritus ſancti, de fructibus, & beatitudinibus proximis capitibus agemus: vt Fratres noſtri, quibus à Deo bonis augeantur, & ad progreſſum incitentur, agnoſcāt: & tantarū diuitiarum iacturā reformident. Hoc ergo capite Spiritus ſancti dona percenſere operæpretium erit.

2 Præ-

2 Præter honeſtatem, opuletiamque virtutum Theologicarum, moraliumque infuſarum, & acquiſitarum, opus fuit, hominem ægrum, & virtutibus vti, pro earum dignitate, minimè valentem, additis Spiritus ſancti donis expediri.

3 Sunt autem dona hæc habitus hominem perficientes, ad hoc, vt inſtitutum atque motionem Spiritus ſancti promptè ſequatur: quemadmodum & virtutes ſunt habitus hominem perficientes, vt rationis imperio, ſeu motione promptè ducatur.

4 Nobilitas donorum poſt Theologicas virtutes, maior, quàm virtutum omnium reliquarum eſt. Ordinis verò ratio eſt: quia Theologicis virtutibus homo ſociatur ipſi Deo mouenti: donis verò perficitur, vt ad Deum, tanquam ad finem moueatur: virtutibus autē moralibus excolitur, vel in ordine ad finem principiaque ſupernaturalia, quod eſt infuſarum, vel naturalia, quod eſt acquiſitarum, quæ poſtremam dignitatem obtinent.

5 Sunt autem numero ſeptem cœleſtia dona hæc; donum ſcilicet ſapientiæ, intellectus, conſilij, ſcientiæ (quæ ſunt in intellectu) donum pietatis, quod eſt in voluntate, donum timoris, quod iuxta Sanctum Thomam eſt in concupiſcibili, licèt alijs aliter videatur, donum fortitudinis, quod eſt in iraſcibili: vt omnes hominis partes, quæ virtutibus perficiuntur, donis quoque ad opus expediantur.

6 Si-

6 Similitudo apta è ſtructura curruum duci poteſt: poſtquam enim rotis, ac cæteris partibus muniti ſunt, habent ſanè inſtrumenta, quibus agi poſſint: at niſi oleo vngantur, ægrè trahuntur ſic homo virtutibus, quaſi rotis, ad motum comparatis inſtructus eſt; at niſi oleo lætitiæ leniatur, agi nequibit: Vnde patet, quàm propriè vnctionem Spiritui ſancto tribuamus, ſicut ſcriptum eſt: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Sed iam cuiuſque doni vim deſcribamus.

7 Donum intellectus perficit rationem ſpeculatiuam, vt diuinas veritates apprehendat: Conſilij verò donum rationem practicam perficit.

Sed poſt veritatum diuinarum conceptionem, vt homo de rebus diuino modo iudicium ferat, media ſapientia, ratio ſpeculatiua, ſcientia verò ratio practica perficitur, & hæc quo ad intellectum.

Appetitum autem rationalē, hoc eſt, voluntatem, pietas perficit. Concupiſcibilem verò contra inordinatam delectationem timor, ſed iraſcibilem, contra timorem periculorum perficit fortitudo.

8 Sic autem exponi poſſunt: Donum intellectus, præter fidei lumen confert, vt potentia intellectus, veritates à Deo reuelatas facilius, quàm per ſolam fidem ex Spiritus ſancti inſtinctu capiat: Conſilium, vt quid fieri oporteat, ex motione Spiritus ſancti certius inueniat: Sapientia,

tia, vt per eundem Spiritus impulſum per regulas diuinas, ſcientia, vt per regulas humanas de rebus diuino modo iudicium ferat. Pietas voluntatem afficit, vt erga Deum, quaſi Patrem affectu filiali promptè moueatur, & quæ Dei ſunt, vt ſanctos, ſacram Scripturam, pauperes colat: timor, concupiſcibile à delectationibus ſingulari modo, propter Deum coërcet; fortitudo iraſcibilem diuino modo contra pericula erigit.

9 Actus horum donorum proprij, non ſunt vſque adeò vulgares, vt paſſim eliciantur, nec iuxta communes morum regulas ſemper iudicandi ſunt: Theologi enim, cùm aliquid, præter mores, quod non temere imitari quiſque poſſit, à viris ſanctitate claris efficitur, his donis, per motionem Spiritus ſancti peculiarem attribuũt. Sic in ſcriptura, inſolita multa proponuntur, quæ Spiritus ſancti ſingulari vi, ac lumine, à Sanctis præſtita fuere: quæ ſine donis minimè præſtitiſſent.

10 Cùm ad littus Rubri maris ſubſtitiſſet Iſrael, & Moſes præcipiente Deo aquas intercidiſſet, cæteris ad prodigium illud cohibitarum aquarum alueum ingredi trepidantibus, Aminadab fortitudinis dono excitatus irrupit. Samſon eodem vſus dono, columnas templi Philiſtęorum concuſſit: Dauid cum leone, vrſo, Goliath Philiſtæo congreſſus fuit: ex alij & gente illa ſimili Spiritus ſancti vi alia perfecerunt.

Eccleſiæ verò exempla, & innumera, & illuſtriſ-

luſtriſſima extitere; qualia omnes illi præbuiſſe videntur,qui,non petracti,ſponte ſua, ſe flammis vel fornacibus calcarijs, vel feris, impetu Spiritus ſancti obiecerunt.

11 Donis ſapientiæ,& ſcientiæ, quæ per ſingularem Spiritus ſancti impulſum ad ferendum iudicium conferunt, tribui ſolet iudicium, quod tulit Salomon, quando infantulum, quòd duæ meretrices ſibi vindicabant, interſecari iuſſit & matrem dignouit: non enim ſine Spiritus ſancti lumine, tam ſapienter agere potuiſſet, præſertim, cum iuxta multorum Patrum ſententiam, duodecim tantum eſſet annorum.

Eiuſdem Spiritus impulſu Daniel puer, cùm Suſanna ad ſupplicium traheretur,de duobus ſenibus iudicium ſtupore totius populi ſapientiſſimum tulit.

12 Dono conſilij tribui meritò poſſunt, quæ clariſſimi ſancti dementiam, vel ruſticitatem ſimulantes egerunt: cuiuſmodi fuit nobiliſſimus ille Philoſophus Alexander cognomento Carbonarius, & ſanctus Alexius Romanus. Sed & perfecta mundi renunciatio, qua quis diuitias, & honores & voluptates omninò contemnit, Spiritus ſancti conſilio congruit.

13 Dono timoris, permoti, multa in caſtitatis cultu, & occaſionum fuga, vel victoria ſancti prodigiosè patrarunt: qualis fuit ille, qui pacto pretio ſcortorum noctes emebat, & nocte tota vigilans; & Deo iuxta impudicum lectum caſtiſſimè

ſimè vacans,peccata lenonū prohibebat:cōcupiſcētiā quippe Dei timor validiſſimè ſuperauerat.

13 Dono etiam pietatis (quo Deus tanquam pater,& ſancti,& alia quæ ad Dei cultū ſpectant, coluntur) tribui poſſunt plurima inſolita, quæ ex ijs affectibus prodibant, dum ſancti ſe publicantes, & tyrannos maledictis exagitantes, pro Deo, pro ſanctis imaginibus, & alijs ſacris decertabant.

15 Hæc eò ſpectant, vt fratres noſtri animaduertāt, viros ſpiritui diuino parentes,multa palam efficere, quæ ſi carneis oculis cernenda forent, vel reprehenderentur, vel ſaltem non laudarentur:at benè eſt, vt ſciamus, cùm aliqua noua, & nō valde probabilia cernimus, fieri poſſe, vt non ſolùm bona, ſed excellentiſſima quoque bona ſint:quæ certè ſynceritas in ferendo iudicio Virginis filios magnopere decet: & per ſe ad cordis pacem, & charitatem proximorum alendam vtiliſſima eſt.

16 Sed ad ſtatum noſtrū, quādiù Spiritus ſanctus impulſu aliquo peculiari nō mouet,quod ex donorum doctrina fratres noſtri excerpere debēt, expeditio eſt:vt ſcilicet, qui vncti oleo ſunt, ne deſideant, ſed à Spiritu velocius moueri curent: quod animi coaptatione, per opera bona conſequentur.

17 Vnum verò ſummopere commendamus: vt timorem Dei ſtudioſiſsimè ſeruent, ac meditationibus augere nitantur: ſi enim ſapien-

tiam

tiam paraturi venerunt, & initium ſapientiæ eſt timor Domini, & ſi corpore in clauſtro verſentur, niſi timere diſcant, ſpiritualem culturam nunquam incipient: tantum abeſt, vt proficere poſſint.

17 Vt autem timorem hunc ſalutarem, è quatuor nouiſſimis tria potiſſimum, mortem ſcilicet, iudicium, & infernum, ſuæ vocationis initio alta mente concipiant: communesque meditationes huc admodum conferentes frequentius legant: cum enim nondum ij ſint, qui amore ſolo duci poſſint, grauiter errabunt, ſi timoris cura depoſita, altum ſapere velint.

De fructibus ſpiritus ſancti, & beatitudinibus. Cap. XXIII.

1 Clementiſſimus Deus, qui hominem, quoad omnes eius partes virtutum, & donorum habitibus perficit, vt expeditè ad ciuitatem permanſuram feratur; hoc etiam in exilio, fatigatum recreare, ac ſtrenuè agentem ad perfectionem quandam futuræ beatitudini, quaſi contiguam prouehere ſolet.

2 Ex ipſiſmet quippe virtutum & donorum habitibus viri rebus diuinis addicti actus multos eliciunt humano cordi ſuauiſſimos, qui proinde fructus appellantur, ſimilitudine fructuum naturalium, in quibus tota plantarum ſuauitas ineſt. Sunt autem ij fructus duodecim: Charitas, gau-

gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Ad fructus autem rationem pertinet, vt in ſuo genere, quid vltimum ſit, & ſapore delectet: quod in fructibus enumeratis reperitur: & vno, pro multis, exemplo liquebit.

3 Charitas enim fructuum primus, nihil eſt aliud, quàm actus ipſius habitus charitatis, qui eſt amor, qui & vltimus, cum ad illum ordinetur habitus, & ſuauiſſimus, ex motione Spiritus ſancti amoris guſtum ingerentis eſt.

4 Idem ad proportionem de alijs fructibus recenſitis aſſerendum: ſiue enim ſit manſuetudo, ſiue caſtitas, ſiue alia virtus: tunc dicitur fructus ſpiritus ſancti producere, cùm ipſo ſpiritu agente actum excellentem, ac delectabilem elicit.

5 Beatitudines verò, vltra delectationem, addunt perfectionem altiorem, ac exinde ſtatui cœleſtis patriæ propinquiorem: ex quo, potius donis Spiritus ſancti quàm virtutibus attribuuntur, cùm in fructibus è contrario dicendum ſit. Quia verò beatitudines, actus ultimi, & ſuaues ſunt, quicquid nobilitatis fructus habent complectentes, omnis beatitudo fructus appellari poteſt: at non omnes fructus poſſunt appellari beatitudines. ſunt autem octo numero: paupertas Spiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia, pax, perſecutionis patientia:

& perennibus deſiderijs ad ſuauiſſimam contemplationem aſpirent.

9 Non videtur Ieſus Chriſtus Dominus noſter omnes beatitudines, nec Apoſtolus fructus Spiritus ſancti omnes, ſed nobiliores, ad quos cæteri reducuntur, recenſere voluiſſe: ex quo multa ſcripturæ ſacræ in alijs actibus beatitudines, vel Spiritus ſancti fructus laudantis aſſerta patebunt.

10 Præter omnes virtutes, ac dona, beatitudines, ac fructus, Clementiſsimus Deus, ad bonum aliorum, ſolet multos etiam peccatores, gratijs gratis datis vt prophetia, dono linguarum, gratia ſanitatum inſtruere: ſed hæc, cum aliorum bonum non propriam ſanctitatem, cui nunc fratres noſtri vacant, augere certum ſit, in aliud tempus reijcienda ſunt.

ſa honeſtatem eximiam habere videtur: ſi enim ex Regis, vel Imperatoris terreni conſuetudine tam inſignis honor contrahitur, vt ab hominibus, pluſquam diuitiæ, ac inde ortæ commoditates, & voluptates, fiat; quod eius honoris ambitio crebra, & affectata teſtatur; qualis honor erit, quem Dei colloquia creant?

6 Vniuerſorum Patrum laus hoc cardine vertitur: omnes in hoc ſtudium auidiſsimè incubuerunt: hac de cauſa ſe in ſolitudines, ac ſpeluncas abdidere: hic amor prælationes refutauit: hic animorum grandium paſtus pinguiſsimus fuit.

7 Et ſanè non ij tantùm, quos Ieſus Chriſtus, patrata incarnatione, aut in oratione pernoctans, aut in eremum per dies quadraginta ſecedens, aut per annos triginta Patri ſuo tacitus vacans, exemplo ſuo erudiuit; ſed illi quoque, qui eius aduentum antegreſsi ſunt, diuinum Orationis exercitiũ religioſiſsimè, ac diutiſsimè coluerunt: cuius aſſerti, teſtes omni exceptione maiores, & Abraham deſerta perambulans, & Moſes oues paſcens, & Patres noſtri Elias, & Eliſeus Carmelum incolentes, fidem facere poſſunt.

8 Qui ſepoſita rerum omnium, & ſuſcepta vnius Dei cura, ſic ſeipſos obliuioni tradidiſſe viſi ſunt, vt animos oratione in Deum, velut transformatos, à corpore alienos in corpore gererent.

S 2 9 Hac

9 Hac vi pollet oratio, quæ in nouo præcipuè teſtamento reſplenduit: quod enim ſapientiæ huius Magiſtro Dei filio, dum oraret in monte Thabor accidit, vt fieret ſpecies vultus eius altera; hoc hominibus orandi peritis euenire videtur, dum è conſortio Dei lucē Diuinam haurientes è ſtatu quodam altiore cæteris hominibus illuſtre quiddam ſpectādum exhibent; quod reuerentiam incutiat.

10 Res profectò ſublimis eſt: quæ mox, vt cordi hominis alicuius inſedit, ſpem fœlicitatis immenſam generat. Cùm enim planum ſit; ea bona, quibus homo beatur, non aliundè, quàm à Deo dimanare poſſe; quæ licet Clementiſsimus Deus libenter largiatur, peti tamen à ſe vult: efficitur. vt qui ſtudij huius firmum propoſitum concepit, rectam beatitudinis viam inuenerit, ac fauſtè etiam ingredi cœperit.

11 Hinc eſt vt infeſtiſsimus noſtræ ſalutis hoſtis mille machinis orantes impugnet, vt vel ab incœpto deterreat, vel minus generoſè progredi faciat. Nouit enim, eos qui ſtrenuiùs exercentur, magnam eius agminibus cladem inferre: quippe qui Dei luce multos illuſtrent, & ad æmulationem incendant.

12 Hoc verita orandi cōſultiſsima Beata Mater noſtra, & Virgo Thereſia, vehementer hortatur ad propoſitū Orationis cōſtanter retinendū: ſibi enim perſuaſit, fieri non poſſe, vt, qui fœcundiſsimo exercitio deditus eſt, non fœliciter proficiat.

13 Nec

13 Nec immerito: ibi enim animi malis obſeſsi, nouo robore fulciuntur, & ad paſsiones edomandas, & virtutes acquirendas vegetiores effecti licet inermes ingreſſi fuerint, ad bellum armantur, & fortiores egrediuntur: cuius certè rei ſignum fuit illa Chriſti Domini noſtri poſt orationem horti ad ſuos hoſtes animoſa progreſſio.

14 Oratio quippe cor magnanimitate conſtabilit: quæ Dei fortitudine, velut inſtillata concipitur: nihil eſt enim, quod creaturæ animum ſic erigere poſſit, ac manus Creatoris ad auxilium ferendum porrecta: locus autem orationi deſtinatus adiutrices Dei manus nunquam excludit.

15 Quid verò de arcanis illis ſolatijs, de rerum cœleſtium notitia, de mundi contemptu, de pace cordis, & alijs filiorum Dei notis, quæ animo imprimuntur dicemus? Profectò quicquid à diſertiſſimis mundi Oratoribus in hoc genere dici poſſet, minus eſt, quàm quod oratores Dei ſe exercendo perquirunt.

16 His ergo de cauſis fratres noſtri, orationis ſtudio addictiſſimi eſſe curent: nec Parentum noſtrorum gloriam, qua ex Dei conſuetudine claruerunt, degeneri poſteritate reſtinguant. nihil enim prætexi poteſt, cùm Regula noſtra Parentum mentem amplexa, ſic habeat: Die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes.

17 Id quippe à nobis Deus requirere videtur, quod nobiliores Dei oratores totius vitæ decurſu præſtiterunt, vt ſcilicet, omne tempus, quod, præſentis vitæ neceſsitate, non adimitur, orationi conſecremus: quod eſt ornamentum ſtatus noſtri nobiliſsimum.

18 Qua enim gloria potuit altius efferri, quã ſic Deo addici, vt more Hierarchiæ illius Angelicæ ſupremo Seraphim ordine clauſæ, Deo perpetuò aſsiſteret, nec niſi neceſsitate interpellaretur.

19 Propter hoc, qui è noſtris hac etiam ætate, rem benè tenuerunt, miram orationis peritiam adepti ſunt, & inſtituti actus omnes mentis opulentia compleuerunt: quorum veſtigijs inhærere, nobis, & honeſtiſsimum & vtiliſsimum eſt.

20 Actus enim omnes, ſi ſeorſum, excepta mentis eleuatione ſpectentur, velut cadauera quædam humi iacent, nec animum erigere poſſunt: at ſi ſpiritus ille vitæ, quem elata mens à Deo attrahit, flare incipiat, ſtatim excitantur, & Deo gloriam, oratori honeſtum, vtileque conciliant.

21 Studeant igitur fratres noſtri tot vinculis aſtricti, orãdi peritiã cõparare, ac nauiter exercere, vt nihil eis ad omne bonũ, in vllo genere deſit.

22 Legent autem attentiſsimè, ac perdiſcent ſubiectum orationis compendium, quo, quicquid à Patribus traditum eſt, amplexi ſumus, vt arte uti incipiant, donec ſpiritu, qui certis regulis claudi nequit, agantur.

De

23 AMor temporalium omnium malorum origo eſt: qui ex meliorum, hoc eſt, æternorum ignoratione promanat: non enim animus diuinarum rerum conſcius ad fluxarum rerum vilitatem degeneraret. Ignoratio verò hæc nocentiſsima, ex inconſideratione procedit: conſtat quippe aſpirantibus ad cœleſtium cognitionem lumen cœleſte minimè deeſſe.

24 Triplex boni genus, quo capitur cor humanum, in hoc planè cœleſti exercitio cumulatè prouenit: vtile vſque ad quandã immunitatem à bonorum vtilium indigentia: conſtat enim viros orationis ſtudio deditos, minùs quã alios, fame, ſiti, frigore, calore vexari, ac propterea victum, veſtitumque parciſsimè requirere: honeſtum vſque ad excelſam cum Deo familiaritatem: delectabile, vſque ad ineffabiles, caſtiſsimasque paradiſi delitias, quæ fœliciter hic prælibantur.

25 Eſt præterea facilis hæc exercitatio, & cuiuis quãtumuis agreſti homini peruia; eò quòd ineſt in natura ſemen illius, quemadmodum, & aliarum virtutum, quarum actus naturæ ductu, imperfectè ſaltem obeuntur, & quod pluris eſt, diuinæ gratiæ afflatu, qui non deeſt, paſsim à ruſticis, & ignaris etiam mulierculis frequentatur; vt nemo iure poſsit difficultatem prætexere, quod vel hac ratione conuincitur.

26 Nemo eſt adeò ferus, qui ſaltem periculis, &

de meditationibus inſcripta. Lectio ſit ſedata, ſit altè perpenſa, ſit non ſciendi, ſed Deum amandi ſtudio accepta: & cùm ſententiæ cuiuſpiam vim animus ſentit, & vrgetur; à lectione deſiſtatur; ac ſentẽtia illa digeratur, & expendatur: quod meditando efficitur; vt affectus inde diſſultent; quibus volũtas ignita flammeſcat. Et quidẽ præſcriptiones hæ vbique in lectione obſeruandæ ſunt, ſi fructum inde quis referre deſiderat.

30 Meditatio, quæ nihil eſt aliud, quàm diſcurſus intellectus voluntatem ad bonum hortãtis, vel à malo dehortantis, lectionẽ piam ad opus orationis ſelectam penſitat, & digerit, quaſi cibum, quo voluntas alitur, & conualeſcit: ac propterea meditationis modus iuxta volũtatis opus eſt ineũdus: vt ſcilicet meditatio tanquã inſtrumentum quoddã vſurpetur, quo voluntas afficitur ad honeſtum; ac proinde, nec nimium procurrat, nec lenteſcat: ſed eo dumtaxat modo exerceatur, qui cordi ſubſeruiat: vt cũ volũtas exardeſcit, intercidatur, quoad vſq; calore illo deferueſcẽte repetere illã oporteat. Impẽſius enim in affectũ, quã in meditationẽ ipſam incumbendũ eſt; adeo ſanè, vt quò breuior, & cõciſior meditatio, eò fœlicior oratio eſſe ſoleat, multiplici nẽpe affectu fœcũda.

31 Meditatio fit bifariam, vel de rebus, quæ ſenſu percipi poſſunt ſub imaginibus corporeis; vt de actibus paſſionis Chriſti: vel de rebus intellectualibus, vt de diuina bonitate, aut pulchritudine: quæ licet ſub aliquibus etiam corporeis

ima-

cæleſti pluuia fœcundetur: nam modica deuotio facilè diflatur, & intercidit.

Septimò, Quando flat ſpiritus, vbicumque id acciderit, arripiatur (ſi fieri poteſt) inſpiratio; quæ eſt ſibilus paſtoris ouem ad paſtum vrgentis; & orationi vacetur. Quapropter tametſi ex materia orationi præparata quis euocetur Dei ſenſu ad res alias, de quibus minimè cogitarat, ſinat ſe duci quò vocatur.

Octauò, Quando voluntas ardere incipit, intercidatur diſcurſus, & affectus inualeſcat.

Nonò, Si affectus nimis inflammetur, interdũ illum intercidere, & ad alia, quibus voluntas minus vrgetur, diuertere oportet; ne cor lædatur, ſed requieſcat.

Decimò, Imaginibus, quæ cogitando componuntur, ne facilè credatur: eadem imago, puta Chriſti, & à Deo, & à dæmone, & à propria imaginatione componi ſolet: ac proinde conſilio res decidatur.

Vndecimò, Nonnulli vix modica egent meditatione, vel ob ante actum meditandi ſtudium, quo voluntas conuicta, & benè affecta eſt, quod virtutis eſt argumẽtum, vel ob animi teneritudinem, quod ſolet eſſe mollis naturæ vitium, quod attentè perpendatur.

Duodecimo, Aliqui pollent imaginandi vi, & quicquid libet ita figurant, vt lineamenta quoque, minimasque corporis partes, quaſi ad viuũ exprimant: qui periculo illuſionum patent, & tre-

ceſſet; ſi priuatim agant, lectione libri pij, cum admixta meditatione, orationis vice vti poterunt.

Decimo ſextò, De orationis,ſeu meditationis materia nihil certè definiatur: ea quippe materia cuique ſalubrior eſt,vnde vtilitas maior exiſtit: quòd cum ex ingenij,diuinique adiutorij collatione, ſit decernendum, conſultatione res ſtatuatur. Hæc omnia, quæ de meditandi ratione præſcripſimus, à iunioribus Fratribus, non ſine conſilio Magiſtri agenda ſunt: quod vniuersè in alijs rebus,ſed ijs præcipuè, quæ ad orandi peritiam ſpectant, vbi multa pericula oriri poſſunt, exactius obſeruandum eſt: quapropter mox vt aliquid inſolitum,vel dubium acciderit, ſine vlla mora,obedientiæ oraculum Fratres noſtri conſulant,ne ſe præcipites agant.

34 Poſtquam quis meditatus eſt,ac intellexit vim beneficiorum Dei, quæ ipſa meditatione ponderantur, appoſitè ſubtexit gratiarum actionem: vt ſi de Chriſti crucifixione cogitauit, qua quis ſcit ſe fuiſſe redemptum, opportunè gratitudinem concipit; ac ei ſingulari beneficio, quod tunc expendit, cætera ſiue generalia, ſiue peculiaria ſubnectit,ſubiecto breui catalogo,quem à creatione auſpicatus mente percurrit: & vt gratitudo coaleſcat,cupit vniuerſa corda,quæ in cęlo,ſiue in terrarũ orbe Deo accepta ſunt,ſibi tradi: vt immenſam gratitudinẽ è tot cordibus exultantẽ dulciſſimo Deo ſuo, vno corde, rependat.

Cupit

ſitè quippe quis petit id,pro quo pretium offert. Patet autem ex enumeratione quatuor hoſtiarũ, quas paulò ante recenſuimus, eum, qui orat, ſemetipſum. D.N.Ieſu Chriſto,ac Beatiſsimæ Virgini ſociatum,cum ſuis meritis vniuerſis offerre, in hoſtiam pro peccato, & hoſtiã pacificam, hoc eſt, ad noua beneficia impetranda (vt reliquas duas hoſtias, non adeò propriè huc ſpectantes prætereamus.) Eſt ergo poſtulaturus admodum impensè, veniam peccatorum, & mox bona illa vniuerſa,quibus eget,vſque ad optatiſsimum ipſius Dei conſpectũ, ac fruitionem: ſigillatimque depoſcet ueram peccatorum pœnitudinẽ, & humilitatem, Theologicasque virtutes, & præſertim diuinæ bonitatis amorem: ac denique virtutem eam,qua ſe magis indigere,& eius paſſionis, ſeu tentationis victoriam, qua ſe magis vrgeri, pernoſcit. Quæ certè omnia,cum cæteris bonis non ſibi tantùm,verùm & Eccleſiæ toti,ac vniuerſo humanó generi,quoad licet,expoſcet,vt neminem lege charitatis excludat.

37 At quod in petitione potiſſimum exquiri debet, eſt inconcuſſa quædam fidei firmitudo, vt nihil hæſitet,qui poſtulat; ſed certò ſtatuat ſe bona,quæ depoſcit, per Chriſtum, obtenturum: quam certè firmitatem è tribus ſubiectis rationibus,in capite de ſpe fuſius expenſis,quibus nemo mentis compos valet obluctari,poterit haurire.

38 Prima,Deus ſuopte ingenio eſt ad benefaciendum,

dentiſſimè poſtulare: non enim hæc ratio, alia minùs firma, quàm doctrina ipſius veritatis innititur, vt mirum ſit, quomodò ſpei infirmitate laborem.

40 Tertia. Super alia ſpei fomenta eſt inſignis illa promiſſio, qua D.N. Ieſus Chriſtus ſemetipſum nobis addixit aiens: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis: quibus certè verbis, ita ſpem meam ſtuduit promouere: vt nullo modo, quid aptius, & ad eam erigendam efficacius poſſim excogitare.

41 Exigit quippe à me, vt credam, illum, bona quæ poſco, mihi velle præſtare; quo quid faciliùs? Si enim ille ſuapte natura ad benefaciendum propéſiſſimus eſt (vt prima ratione patuit) & præterea neci traditus eſt, vt eo pretio obtinerem ego bona, quæ poſco, (vt ſecunda ratione conſtitit) & demum firmiſſima promiſſione ſemetipſum obligauit, vt ea bona largiretur (quod tertia ratione liquet) quid facilius, quàm eorum impetrandorum fidê concipere? quin & illa denique obtinere? Si enim adhibeo conditionem, ſub qua, is illa pollicitus eſt, nũquid credi pôt, me illa non obtenturũ? minime quidê. Et profectò ratio hæc conuincit, me quodammodò dementatũ eſſe, ſi bona ſalutis æternæ minùs fidẽter expoſco.

42 His ergo tribus rationibus erectus, hac vltima orationis parte, ex qua victoria pendet, vſurus ſum, ſicut ſcriptum eſt: Si quis veſtrum indiget ſapientia poſtulet, à Deo, qui dat omnibus

affluenter: poſtulet autē in fide nihil hæſitans: ac in hunc modū cōpendium orationis abſoluitur.

De deuotione in commune. Cap. II.

1 EXploratum eſt cæleſte orationis exercitium, eſſe quandam veræ deuotionis officinam: deuotionemq; ipſam (quæ principalis religionis actus eſt) eſſe orationis ſcopum, ſiue fructum.

2 Eſt autem deuotio actus voluntatis, quo ſe promptè ad famulatum Dei tradit; cuius laus multis ex capitibus maxima eſt, ex eo præcipue, quod animæ pinguedo ſit: quod ſatis diſerte regius Vates oſtendit aiens: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & ſtatim eius adipis notiſsimum indicem, vocalem laudem, adiecit aiens: Et labijs exultationis laudabit os meum.

3 Efficit quippe totum hominem expeditum, & alacrem, vt & animo, & corpore actus pios exerceat: nullus labor, anxietas nulla, infeſtatio nulla eſt, quam non illa voluntatis alacritas, ſeu promptitudo depellat.

4 Res admodum vtilis eſt, quæ bonorum operum auiditatem generat, & prçter Deum, omnia faſtidit: quamobrem, more ſanctorum, exquirenda eſt, amotis ijs impedimentis, quæ viam illi præcludere poſsint.

5 At Fratres noſtri neceſſariā, & veram, ab apparente deuotione, opus eſt internoſcant: cum enim deuotio, vt ſuperius diximus, actus voluntatis

tatis ſit, ea deuotio vera, & ſyncera eſt, quæ in voluntatis expeditione conſiſtit: illa verò ſenſibilis, quæ appetitu ſenſitiuo percipitur, & corpus oblectat, nec ſemper neceſſaria, nec ſyncera eſt.

6 Poteſt quidem ſyncera eſſe, cum à voluntatis promptitudine, ac efficacitate deriuatur: at vera voluntatis deuotio, ſine deriuatione illa ſæpiſſimè conſtat: quod vel Apoſtolus euincit, cum ait: Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. quem legum conflictum alibi explicuit aiens: Non quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum illud facio: quibus certè verbis (volo bonum, & odi malum) voluntatis vim, & ſynceram, ac propriam deuotionẽ ad pia opera præſtanda, malaq. declinanda ſignificauit: cum quo tamen affectu, appetitus reluctatio, in homine vno ſæuiebat.

7 Sicut ergo vera deuotio Paulo non defuit, cum appetitum rebus diuinis inimicum patiebatur, ita Fratres noſtri, non ſe vera deuotione carere querantur, ſi quando nullo rerum diuinarũ guſtu afficiuntur, immò dum tædio vexantur.

8 Quin etiam vera deuotio duplo validior tunc eſſe videatur: quia eadem bona opera præſtãtur, quæ cum Dei guſtu effici ſolent, & prætereа ſenſitiuus appetitus voluntatis energia domatur.

9 Danda tamen opera eſt, vt voluntatis efficacia totus homo celeriter ad res pias agatur; & ad hunc finẽ quæuis impedimenta ſunt amouenda (quoad per vnum quemq. fieri poteſt:) at

ſi nec ſic deuotio inferiorem hominem expediat, non iactura, ſed, ad coronam, lucta eſt.

10 Poſtquam ergo deuotionis propriæ naturam expreſſimus, noſſe oportet, vulgatiſſimas eſſe deuotionis cauſas, diuinorum ſcilicet conſiderationem, beneficiorum Dei meditationem, & ſigillatim eorum myſteriorum, quæ ad Ieſu Chriſti D. N. humanitatem ſpectant, expenſionem. Licèt enim deuotio, erga diuinitatem, præcipuè verſetur, captui tamen noſtro, per humanitatem diuinitas attemperatur.

11 Sed frequenter accidere ſolet, Spiritu ſancto ſecretis modis animos agente, vt ex alijs rebus, vberior deuotionis ſenſus eliciatur: alios enim cæleſtis gloria, mors alios, iudicium alios, ad opera Dei, promptiùs expedire ſolent, omnia tamen ad Deum vndecunque orta referenda ſunt.

De deuotione erga S. Euchariſtiam Beatiſſ. Virginem, & Sanctos. Cap. IV.

1 VSu receptum eſt, vt animos Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, vel Sanctorum cultui deditos, deuotos appellemus: quòd ex peculiari affectu ad eum cultum promptiùs ferantur, aut certè promptiùs ferri nitantur.

2 Et quidem, panis ille ſuauiſſimus Euchariſtiæ ad excitandam appetentiam, & proinde promptitudinem opportuniſſimus eſt: ſi enim leonem caro, & ouem herba præſens vrget, ac expedit,

cur

cur hominem rei conſcium Ieſus Chriſtus illo Sacramento tectus, non extimulet, ac expediat?

3 Quòd ſi dulcia trahunt, certè ibi ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur: præterquam quòd amoris immenſi incitamentum eſt, & omnia dilectionis fomenta motum celerem efficiunt. Vnde inſignes eius Sacramenti cultores ad eum paſtum velociſſimè trahi conſpicimus.

4 Accedit, quòd, cum ibi lateat omne bonum, quo nemo eſt, qui non indigeat, ad Euchariſtiæ cultum peculiarem, egeſtas ipſa conducit.

5 Propter rationes has, aliasq. permultas, in Congregatione noſtra in conſuetudinem ducta, eſt, coram Sacramenti altari, perennis oratio: quam fratres noui, vt id exercitiũ ediſcant, iuxta ordinẽ à Magiſtro præſcriptũ, deuotè frequẽtãt.

6 Sors profectò fœlix eſt; vt tanto Regi famuli fideles aſſiſtant, & pro ſe, pro alijs, pro Congregatione, pro Eccleſia tota: pro infidelium conuerſione Clementiſſimi Dei viſcera pulſent.

7 Ex hoc laudatiſſimo cultu, alijsq. ſimilibus actibus ſaluberrima cordis appetentia Fratres ad Sacramenti frequentiam excitantur, & vt eis indulgeatur, idonei fiunt.

8 Hinc etiam exiſtit illa ſumma, quæ tanto Sacramento debetur, veneratio; vt non ſolùm, cum ad Euchariſtiam palàm oſtenſam accedunt, ſed quoties loca altari propinqua, vel eo ſpectantia, petunt, aut pertranſeunt, genuflexione, vel profunda inclinatione Ieſum Chriſtum Dñm no-

noſtrum ibi latenter colant.

9 Alia quoq. multa, quæ hic recenſeri nequeũt, obtinuit conſuetudo: quæ à fratribus ſtudioſiſſime alenda, & ad poſteros traducenda eſt: quod ab eis impenſe requirimus: & vt miniſtrationi Sacrificij Angelico more interſint, ac frequentius intereſſe, miniſtrareque, ſummum & honorem, & lucrum exiſtiment, admonemus.

10 Poſt Euchariſtiæ cultum, qui ad latriam pertinet; duliæ cultus ſubijciendus eſt erga Beatiſſimam præcipue Virginem, quæ ob ſingularem excellentiam hyperdulia coli dicitur.

11 Quàm ſit autem ſtatui noſtro conſentanea tãtæ Virginis deuotio, ipſa eius protectio, Congregationis titulus, & quotidiana eius beneficia demonſtrant: nihil enim à clementiſsimo Deo nos, niſi per puriſsimæ Virginis merita obtinuiſſe, vel obtenturos eſſe exiſtimamus: & illi quicquid ad Congregationis bonum ſpirituale, ac téporale diuinitus collatũ eſt, acceptũ referimus.

12 At enim, quamuis, nihil nos, præ cęteris Chriſtianis, ab ea recepiſſemus; ſublimiſsima eius gloria, & dulciſsimus decor exigerent, vt eam ritu perpetuo, amantiſsime coleremus.

13 Si enim ornatam monilibus filiam Hieruſalẽ Dominus concupiuit, æquum eſt, nos eius magni Domini famulos, illam gratiam, & pulchritudinem expetere, quæ Dei cor permulcere potuit.

14 Etenim ſtatura eius aſsimilata eſt palmæ, vt proceriſſima, & Diuinitati propinquiſſima ſit;

& vbera

& vbera eius bonis vbertate multa tumentibus, vt filios lactet, & ſummis ima conciliet.

15 Forma elegantiſſima, & ad corda trahenda efficaciſſima præſtat; quam non homines tantum, ſed Angelorum chori dum aſſumeretur mirati ſunt aientes: quæ eſt iſta, quæ aſcēdit de deſerto, delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum?

16 Quaſi cinnamomum quippe, ac odoratiſſimū balſamum, non terram modò; ſed cælos quoque odore repleuit: & ſuffitu ſuauiſſimo infinitæ dilectionis Deus delectatus eſt.

17 Omnia, quæ ſapientia in vniuerſo mundo perfecit, ſub Mariæ pedibus reſident, & quaſi cedrū Libani exaltatam, ſuper uerticem Seraphim intentiſſime ſuſpiciunt.

18 Amabiliſſimus profectò, & ſuper cælorum puritatem ſereniſſimus decor eſt, qui è Reginæ mitiſſimæ ſede dimanat, & totius cæleſtis Hieruſalem corda ſuauiſſimarum delitiarum amne perfundit.

19 Sed & in terras dulcoris eius immenſi riui deſcendunt, uelut imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina: à ſæculo quippe non eſt auditum, ut Mariæ miſericordia uidua, uel pupillo deeſſet.

20 Hæc eſt Virgo ſapiens, & una, immò prima de lectiſſimo numero prudentum; quæ terram ſapientia implet, & iuſtorum prudentiam magiſterio delectabiliſſimo docet.

21 Huic adhærere certe bonum eſt; & coram

pulchritudine tanta corde tacito, præ magnitudine decoris obſtupeſcere: quem Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, æmulatione multa, ſine fine requirunt.

22 Fratres ergo noſtri, hùc animi vires cogant, & requirant ſpecioſam ſicut columbam aſcendentem deſuper riuos aquarum: cuius inæſtimabilis odor eſt nimis in veſtimentis eius, & ſicut dies verni circumuallant eam flores roſarum, & lilia conuallium, vt hoc odore, & hac propinquitate recreentur.

23 Nec exiſtiment ſatis eſſe mediocri aliqua deuotione ſpecioſiſſimam, & ſuper cælos excelſiſſimam Reginam, & ſingulare Congregationis noſtræ decus venerari: publicani enim hoc faciunt: ſed filiorum more, impenſiſſima cura, mũdi Dominam, ſemper animo impreſſam gerant, & ſtudia omnia cogitatus, verba, & opera illi, ſicut & filio ſuo primogenito, diebus ſaltem ſingulis, ſummo mane deuoueant.

24 Feſta verò ipſius per quàm ſedulò præueniãt, & ſe peculiaribus exercitijs ad puriſſimæ lucis illius honorem appoſitis comparent: & quoties, quid in eius laudem agendum occurrit, auidiſſimè feſtinent.

25 Vitam, & mores illos imitatione digniſſimos ſæpiſſimè animo uerſent, ut aliquid hauriant; quod & ſibi, & alijs prodeſſe queat: cõſtitutum eſt enim ueram deuotionem, non tam in precationibus, quàm imitatione conſiſtere.

26 Ni-

26 Nihilò tamen ſeciùs Beatiſſimæ Virginis preces, Coronam, quotidianam commemorationem ſtudioſè recitent; & eius laudes, ex animo quoties occaſio tulerit, celebrare nitantur.

27 Quin etiam, ad Chriſtianam perfectionem comparandam, & mala quæuis propulſanda, vel præcauenda, Beatiſsimæ Virginis cum Ieſu Chiſti D. N. præſentia conciliare, & vtrāque animo, vel frequentiſſimè, vel ſi fieri poſſit, ſemper impreſſam gerere, ſaluberrimũ conſiliũ eſt: quos enim Deus cōiunxit, homo ſeparare non debeeet.

28 Quæ de Beatiſsima Virgine diximus, pauca, & exilia ſunt cum eius meritis & noſtris debitis comparentur: at eò deprompta ſunt, vt norint fratres noſtri quàm turpe ſit, minora, & remiſſiora præſtare.

29 Poſt Beatiſsimam Virginem ſponſum eius ſanctiſſimum Ioſeph Cōgregatio noſtra magnopere venerari conſueuit; nam id & ſumma eius dignitas, & beneficia collata repoſcunt.

30 Sanctiſsimos quoque Prophetas Eliam, & Eliſeum inſtituti noſtri conditores religioſè colere, ſtrictiſſimum ſtatus noſtri debitum eſt: nec videtur Carmelitæ nomine dignus, qui officium cultus iſtius prætermittit.

31 Clariſſimos etiam ſanctos noſtros Angelum Martyrem, Albertumque confeſſorem, quibus tota Europæ Religio plurimum ſe debere fatetur, celebrius honorare decet. Beatiſſimæ quoque Virginis, ac matri noſtræ Tereſiæ nos

dedi-

QVARTA PARS DE N. EXERCITIIS.

De exercitiorum obſeruatione. *Cap. I.*

Paſſionum ſubiugatio, virtutum acquiſitio, & orationis ſtudium eò conferunt, vt per inſtituti noſtri exercitia, & ſuperiorum præſcripta, ad vnionem diuinam aſpiremus: quod fratres noſtri tam feriò ſibi perſuadere debent, vt omninò credant, ad finem, quo tendunt, exercitia nulla opportuniora, quàm quæ Congregatio præſcripſit, ab eis excogitari potuiſſe.

2 Grauiter quippe ſibi, & bono communi nocerent ſi parùm prudenter exiſtimarent, actus alios, quàm qui ad ſingulas horas eis iniunguntur, ad monaſticam perfectionem comparandam, eis aſſignari opportere: quo enim animo ſuſcipient, quod minùs ſibi prodeſſe opinantur?

3 Qua in re ij, qui in ſeculo ſpiritualibus exercitijs imbuti, non nihil ſibi didiciſſe videntur, peius errant: cum enim ſtatus monaſtici ſint adhuc ignari, ac propterea de rebus iudicium ſanum ferre neſciant, opiniones olim conceptas, in detrimentum perfectionis, angelus Satanæ illis vehementer laudat; & lucis Angelum ſimulat.

Qua-

exigere velle, ponendum eſt?

8 Verùm quamuis conſilium hoc non foret obſeruandum, re ipſa prudenter expenſa patet, inſignem ſtultitiam eſſe actum vnumquemque, à Deo præſcriptum non perfectiſſimè præſtare. Si enim certum eſt actum illum ita tunc à Deo imponi, vt illum à me, nullum verò alium exigat, aut probet, qua mente poſſum, cordis partem vllam actibus alijs vendicare?

9 Tunc ſanè, dum actum iniunctum exerceo, ita bonum omne, quod in pręſenti vita mihi euenire poteſt, amplector, malumque omne, quod accidere poſſet excludo, vt ſi qua fœlicitatis pars in hoc exilio vnquàm obtinetur, ea eſſe videatur, quæ in actu illo tunc tota conſiſtit. ſi enim modò, dum Deus per ſuperiorem actum deſignat illum, omnes alios excludit, ſolus ille bonus mihi eſt, ac proinde, tunc totum bonum eſt, nequit enim, nolente Deo, bonum aliquod aliud mihi contingere. Quale verò malum nocere poſſit, dum actu illo, clemētiſſimo Deo plus placeo, quàm ſi miracula patrarē: immo, dum ſolo actu illo placeo, & reliquos ſibi non placere teſtatur? Veniant hoſtes; irruat ipſa mors. Quid fœlicius, quàm tunc interire. cùm Deo placeo: an damnetur qui tunc iudicatur, cùm iudici placet?

10 Ex quo ſatis apertè perſpicimus, quam longè, & à Dei voluntate, & à bono ſuæ ſalutis aberrēt, qui, dum horas canonicas perſoluunt; orant, vel quiduis aliud à Congregatione decretum,

eſſi-

efficiunt aliorũ actuũ ſollicitudine diſtrahuntur. Vtinã rationes allatas penſitarent: vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent.

11 Cum ergo in vnoquoque minimo Congregationis ritu, (quod ex dictis liquet) voluntatem Dei expreſſam, & propterea totius boni complexionem, & immunitatem ab omni malo fratres noſtri habere poſſint; ſic inſtitutum noſtrum amare, ac erga omnes, ac ſingulos Congregationis actus, affici debent, vt quam ſancti ſingularitatem appellãt, exoſam habentes, pro minimorum rituum obſeruatione tuenda, ſanguinem quoque profundere parati ſint.

12 Hæc quippe ad legum cuſtodiam animi magnitudo filiorum Dei propria eſt, & ad Chriſtianam perfectionem acquirendam mirificè conducit; è contrario verò nihil inſigne ſperari poteſt, cum actus Congregationis parum magnanimiter exercentur.

13 Conſtat enim, exercitia, quæ ingenio ſuo ſalutaria ſunt, ignauia deprauari, & in materiam morborum ſpiritualium peruerti: quod tunc euenire quotidiana damna declarant, cum actus communes ex aſſuetudine quadam, ſine ſpirituali conatu, frequentantur.

14 Abſit ergo, vt filij Dei viuentis, ante naturalem mortem, quo pane viuere poſſunt, moriantur; & actibus ipſis, quibus ſpiritus emortuus excitatur, ipſi ſpiritum extinguant.

15 Quorſum enim venerunt, niſi vt ſtrenuiſſimè

agerent,

agerent, & regularium actuum obſeruatione accuratiſſima, ſe mutuò ad certamen prouocarent; ſicut olim Sacerdotes, qui ſtabant in officijs ſuis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit rex inuictiſſimus Dauid ad laudandum Dominum quoniam bonus, quoniam in æternum ſuauiſſima miſericordia eius, dulciſſimos hymnos Dauid canentes per manus ſuas?

16 Profectò tanti ponderis eſt legum, non ſolum diuinarum & monaſticarum, ſed etiam humanarũ exacta cuſtodia, vt præſentis quoque vitæ bona innumera pariat. Hinc enim Spartanorũ laus & fœlicitas: hinc Romæ amplitudo ſuccreuit.

17 Sed ſacra Machabæorum laus maxima eſt, qui pro patrijs legibus decertantes in populum, & principatum potentiſſimum creuerunt: à quibus tyrannorum furor, vel vnius ceremoniæ omiſsionem nullis prælijs, nullis cruciatibus potuit extorquere.

18 E quorum genere fuit illuſtriſſimus Eleazarus vir ætate prouectus, & vultu decorus, cui cùm ab amicis offerrentur carnes, quibus veſci iuxta legem licebat, vt ſimularetur carnes à Tyranno Rege præceptas ediſſe, ac per hoc à morte liberaretur: reſpondit citò, præmitti ſe malle in infernum, ac honeſta morte perfungi.

19 Hac ergo cordis magnitudine, pro cæremoniarum etiam leuium obſeruatione fratres noſtri armandi ſunt, ſubiectorum exertiorum ſeriem expleturi.

EXER-

EXERCITIA QVOTIDIANA.

DAto primo quarumuis horarum ſigno, pium quid mente verſantes, quo excitantur, in Oratorium feſtinanter conueniant.

2 Ad Matutinum præſertim, & orationem matutinam ſtrenuius exurgant; & æmulatione pia tabellas arripere, cæteros excitare, & primi ad Oratorium peruenire conentur. Quod vt alacriùs præſtent, ſciant tabellas arripienti, eius qui minus diligenter è lecto ſurrexit illius nocturnæ vigiliæ, vel orationis ſatisfactionem eſſe, ex communi pacto reſeruatam.

3 Poſtquam in oratorium fratres omnes conuenerint, ſigno à Præſide dato, terram oſculantes, & bini ſe altari profundè inclinantes in chorum procedant, voce ſubmiſſa, Pſal. Miſerere dicentes. In ijs verò cæremonijs, quæ ad chorum ſpectant, quæ ſunt in Ordinario præſcripta, ſeruabunt.

4 Officio chori peracto Magiſtro vel Præſide incipiente Pſal. Miſerere, in Oratorium reuertuntur.

5 Præſcriptum hunc eundi, ac redeundi morem obſeruabunt: quoties à Nouitiatu in chorum, vel capitulum tendent, vel inde ad Nouitiatum ad Litaniã, Miſſam, coronã exhortationẽue redibũt.

6 Matu-

6 Matutino expleto, ſimul Fratres omnes, vbi Magiſter decreuerit, per horam dimidiam orabunt: niſi Magiſtro viſum fuerit, tempus aliquãdo corripere. Ad eius autem orationis finem Beatiſſimæ Virginis Litaniæ dicentur, Magiſtro Orationes ſubiungente. Statimque cubitum ſilentes ibunt, vſque ad ſignum orationis matutinæ.

7 Ante ſomnum, orationis materiam eligant, cui indormire curent: & ſimul, ac poſtea excitantur, Dei præſentiam, & virtutem, cui hebdomada illa ſtudent, reijcientes quaſuis alias cogitationes, mente concipiant, & dum ſe ad orationem comparant, vel in ipſamet oratione, cogitationes, verba, & opera, vt in inſtructione præſcribitur, ad Dei gloriam dirigant.

8 Poſtquam deſcripta iam æmulatione ad orationem matutinam accurrerint, & eam, cum horis ſummo mane recitari ſolitis, vnà cum cæteris Fratribus perfecerint; in Oratorium cõueniant; vbi B. Virginis Litanias cum Oratione, Defende quęſumus Dñe. Sanctiſſimę genitricis tuæ ſponſi. Et: Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum, &c. recitabunt. Orationes verò ſubiunget Frater antiquior, niſi adſit quis Diaconus, vel Sacerdos, vel Magiſtri ſocius.

9 Expleta Litania mox ad cellas componendas ſe recipiant: quas munditie nitere, & quoties poterunt, ante Orationem matutinam, expeditè componere curent.

10 Poſtquam in cellas ſe receperint, genuflectentes bona illa, quæ ex oratione hauſerunt, deſideria, firmiore tunc propoſito ſtabilient, & ſi quam culpam admiſerunt, explorabunt.

11 Dato deinceps campanulæ ſigno, ad locum à Magiſtro deſignatum, ad ſacrum ſimul audiendũ conueniant. Vnde, alij ad officia eis iniuncta explenda, alij ad Miſſæ miniſtrandum, reliqui ad cellas, lectioni, & meditationi, vel alijs exercitijs à Magiſtro præſcriptis, vacaturi cõtendent; quouſque ad horas ante prandium exoluendas, ſigno dato, conuocentur.

12 Poſtquam vnà cum reliquis cœnobij Fratribus, horis examini conſcientiæ, prandio, gratiarumque actioni interfuerint, in recreationem horæ vnius, cum Magiſtro ſecedent.

13 Nihil in recreatione iniuſſi loquantur, ſed vel audiant Magiſtrum, eiuſue loco Præſidentem; vel ab eo interrogati, reſpondeant. Et, ſi quid velint ſciſcitari, veniam prius expoſcant. Solent autem Fratres noſtri ad ea omnia genuflectere.

14 Inter ipſos mutua verba, etiam ipſius recreationis ordinariæ tempore, ſine venia, non permittuntur. Venia verò data, non niſi ad verba ſalutaria prodeſt.

15 Recreatione expleta, in cellas ſe recipiant, niſi quid ex obedientia, tunc alibi agendum ſit.

19 A Paſchate vſq; ad exaltationem Crucis poſt Nonam, ab exaltatione vſque ad Paſcha, poſt Veſperas expletas in Oratorium conuenientes, ge-

nibus

nibus flexis, Beatiſſimæ Virginis coronam, & pro lucrandis indulgentijs religionis ſepties Pater, & Aue Maria, & Pſal. Miſerere, cum oratione pro Pontifice per horam dimidiam recitabunt, qua peracta, qui tempus horologio metitur Magiſtrum vocabit, vt fiat exhortatio, ad quam audiendã compoſitis animis, dato ſigno, ſedebunt.

17 Quando Fratres in exhortationibus à Magiſtro interrogabuntur, de præſentia Dei, hoc eſt, quo pacto, die illa, Deum mente verſent, ac de virtute, quam hebdomada illa impenſius colere ſtatuerint, ſinguli genuflectent: qui verò præſentiæ Dei mane concipiendæ immemor extiterit, ad negligentiæ ſignum, & expiationem ſe proſternet.

18 Fratres à Magiſtro, vel zelatore, de culpa quauis admoniti, confeſtim ſe proſternant, dicentes, (mea culpa) & multa cordis ſubmiſſione, correptionem audiant, & iniunctam pœnitentiam ſubeant. Dato verò ſigno ſurgant, & Magiſtri ſcapulare oſculati, ad ſua loca modeſtè reuertantur.

19 Cùm quis iuxta cœnobiticam diſciplinam verberabitur, ad exhortationis finem, genuflectet, & cingulo, habituque laxato, & ſcapulari à tergo ſuper caput reiecto, tergi partem, ad ictus excipiendos, nudam exhibebit; ac denique Magiſtri ſcapulare ſummiſsè oſculabitur. Eundem etiam morem obſeruabunt, qui ad meriti augmentum, vt frequenter fit, ac expedit fieri, verberari ſimul

cum eo, qui corripitur, poſtulabunt.

20 Quo die Magiſter nec de culparum correptione aget; nec de præſentia Dei, cultuque virtutum rationem exiget; ſedentes audiant, quod ille docuerit.

21 Tempore ab exhortatione vſque ad orationẽ intercurrente, piæ lectioni, ac orationi vacabunt. Nouerintque apud Fratres noſtros hanc conſuetudinem viguiſſe, vt tempus à cæteris ſtatus noſtri obligationibus reliquum, orationi perenni, inter ipſos, diſtributæ, coram altari Sacramenti, ac Beatiſſimæ Virginis effigie dicarent; quod fuit, inter nos, Dei gratia, quaſi iuge ſacrificium: quod eis ſummopere commendamus.

22 Dato veſpertinæ orationis ſigno, eò cum cæteris conuenient; & poſt reliquos actus communes expleto Completorio, in Oratorium ingredientur; vbi Antiphonam B. Virginis (Sub tuum præſidium) à Magiſtro vel Præſide incœptã cunctanter proſequentur. Subiunctiſque orationibus: Defende quæſumus: Sanctiſſimæ genitricis: Eccleſiæ tuæ. Et accepta flexis genibus benedictione, ſilentes in cellas recedent: vbi piæ lectioni, ac meditationi vacabunt; donec dato tabellarum ſigno, cubent. Et quieſcent, quouſque ad matutinum, media nocte excitentur.

Exer-

Exercitia cuiuslibet hebdomadæ.

1 QVouis die Sabbathi, quilibet Frater ſeliget vnã, in quam incumbat virtutem; qua ſe præſertim indigere dignouerit; ac eius actus, quã frequenter poterit, exercebit, adhibito orationis, internorum, & externorum actuum, multo conatu, legetque caput inſcriptum de virtute illa, prout in Inſtructione habetur.

2 In virtute ſeligenda, Fratres rationem habeant eius vitij, paſsionis, vel tentationis, qua potiſsimum vexantur, virtutemque contrariam eligãt, peculiari affectu interpoſito Sanctorum obtentu, pro illo Dominum deprecentur.

3 Poterit quis virtuti vni, non per hebdomadam vnam tantum, verùm & per plures ſtudere, quouſque diuino adiutorio, aliquos progreſſus in ea fecerit.

4 Simul atque excitantur Fratres mane, conentur aliqua pia cogitatione ad virtutem electam parandam opportuna, ante omnes aliarum rerum imagines, armari.

5 Quauis hebdomada bis ſaltem ſacram Communionem recipient, die videlicet Dominica, & Feria 5. Pridie verò quàm ad cæleſtem menſam accedant, prolixiore oratione, ac aliquo pœnitentiæ opere ſe comparabunt: die autem ipſo communionis, orationem, & gratiarum actionem, quoad poterunt, protendent.

6 Bis per hebdomadas ſingulas confiteantur Magiſtro vel eius ſocio. Alijs verò minimè, tametſi à communione propterea eos abſtinere oporteat, niſi de ſuperioris venia rarò concedenda in aliquo euentu alicui confiteri permittantur.

7 Feria ſexta veſpertino officio abſoluto, ſignū dante Oratorij Sacriſta, Veſperum Suauiſſimi nominis Ieſu, cunctanter, ac religiosè Fratres in Oratorio recitabunt.

Exercitia menſtrua.

1 INitio cuiuſque menſis, fiet ſponſio communis de virtute vna paranda, quam Magiſter bono communi Nouitiatus oportuniorem cenſuerit. Prouocationis autem formula hæc erit. Qui hoc menſe. N. virtutem ardentiore affectu coluerit, à cæteris Fratribus, quintam meritorum partem lucrabitur.

2 Prouocationem verò lectam deſcribent & in conſpicuo loco parieti cellæ affixam, quotidie per menſem illum, relegent, ad memoriam excitandam, & cor impellendum.

3 Licebit interdum, ex Magiſtri venia, certamina maiora alterutrum inire. Quod à Fratribus fieri præſertim ſolet, diebus extraordinariæ recreationis, & cum à cœnobio Nouitiatus aliò migrandum eſt.

4 Solent inter nos ab vno in aliud Nouitiatus

Cœnobium mitti certamina; quibus animi vehementer inflammari, & chariſmata meliora æmulari conſueuerunt.

5 Is, cui per ſingulos menſes ſortito contigerit Sanctiſſimæ Euchariſtiæ cultus, ad arbitrium Magiſtri horis in ſchedula præſcriptis, & quoad poterit, vlteriùs coram altari, orationem producet.

6 In Vigilia eius Sancti quem quiſque ſortitus fuerit, de Magiſtri venia ieiunabit: dieq. ipſo ſacram Euchariſtiam ſumet. Sancti verò illius hiſtoriam legere curabit.

7 Curet quiſque Fratrum, vt menſis nullus prætereat; quo non ſubeat aliquam mortificationē extraordinariam, in Refectorio fieri ſolitam. Ordinarias vero; ex Magiſtri venia frequentiùs exercebit.

Exercitia annua.

1 IN Vigilia Circunciſionis, Dulciſſimi nominis Ieſu Veſperæ cantabuntur: eritq. fratribus dies ſolenniſſimus.

2 Ante Solemniora feſta, putà, Paſchatum, Corporis Chriſti, Beatiſſimæ Virginis & ſacratiora tempora, putà, Quadrageſimæ & Aduentus, ſolent Fratres noſtri peculiaribus tum internis, tum externis exercitijs, ex Magiſtri venia, ſe comparare. Quam conſuetudinem obſeruare conabuntur.

3 Diebus recreationis extraordinariæ,& Feſtorum valdè ſolemnium, quibus eis fit copia mutuò loquendi,ſolent Fratres noſtri,quodam martyrij ſimulacro ſe exercere : dum alius Tyranni imperantis, alius martyris fortiter ſe periculo obijcientis, alius cuiuſpiam impietatem ſuadentis, alius carnificis necem inferentis, perſonam agit. Quo certè exercitio (vt multis patuit experimentis) animi ad pietatem acriter inflammantur.

4 Prædictis etiam diebus, & ſigillatim in Exaltatione ſanctæ Crucis, ſolent Fratres noſtri de ſtrictiore vitæ regularis obſeruatione ſponſiones mutuò facere : Et cum Magiſtro, ac eius ſocio paciſci, vt pro quauis culpæ cuiuſque admonitione, vel correptione aliquas preces gratitudinis cauſa rependant. Ex quo inſignis vtilitas emanare ſolet.

5 Quiſquis Fratrum iuxta inſtructionem ſibi à Magiſtro tradendam ſemel exercitia ſpiritualia faciat, niſi Magiſter aliud de Fratre aliquo decreuerit.

6 Per menſem, ante Profeſsionem, productiore oratione,& pluribus exercitijs, ad opus tantum ſe comparabunt : & flexis genibus à Patribus ac Fratribus reliquis preces poſtulabunt, vt ijs adminiculis præmuniti, ad rem tam ſalutarem aggrediantur.

7 Recenter induti, intra duos menſes, niſi Magiſter rem prorogauerit multa cum exactione cófeſsio-

feſsionem generalem faciant, obſeruatis Magiſtri monitis in eo genere tradendis.

De actuum directione. *Cap. II.*

1 EXercitia, quæ à Fratribus frequentanda ſunt, quò fructus reddant vberiores, ad clementiſſimum Deum, ardentiore affectu dirigi debent; non mane tantũ, ſed ad actus ſingulos, quoad per fragilitatem licet: modus autem directionis, cuius Fratres noſtros oportet eſſe peritiſſimos, idem vbique, ac ſemper eſſe poterit, mane fuſior, reliquo tempore contractior.

E X E M P L V M.

2 CLementiſſime Deus, cui me totum ex multis capitibus debeo, me ipſum totum, cogitationes, verba, & opera totius vitæ, ſed hodierna peculiariter vnà cum Ieſu Chriſto Domino noſtro, Beatiſſima Virgine, vniuerſis ſpiritibus beatis, & ſanctis, qui in cælo, ac iuſtis, qui vbique exiſtunt, quos omnes mihi accuratiſſimè per affectum aſtringó, dirigo ad gloriam Maieſtatis tuæ, tibique ſine intuitu alio, per illa omnia placere impenſiſſimè cupio; ac opto vltra ea, quæ recenſui innumera millia perfectiſſimorum cordium, quæ ſimul cum eis ab æterno tibi placuiſſent, & placitura in æternum eſſent, poſſidere; omniaque hoc deſiderio intra me cõcepta,

cepta, tibi ad ſingulos halitus offero in hoſtiam pro peccatis expiandis, in hoſtiam gratiarum actionis, ad gratiam pro beneficijs vniuerſalibus, & peculiaribus referendam; in hoſtiam pacificam pro bonis omnibus, quibus egeo, vſque ad beatitudinis adeptionem impetrandis; in holocauſtum ad vnionem cordis tecum ineundam, & diuinam Maieſtatem tuam proteſtandam.

3 (Eiſdem quatuor modis, actus, cogitatus, & verba ſingula cum illis cordium millibus, quadruplo merito aucta in Deum referri debent: ſed poſt Deum ſic ad Beatiſſimam Virginem, cui quaternæ hoſtiæ illæ non congruunt, quod latriæ cultus ſit ſoli Deo reddendus, directio concipienda eſt.)

4 Beatiſſima Virgo, & me totum, & cogitationes, verba, & opera vitæ totius, ſed hodierna peculiariter, & vniuerſa corda illa, quæ recenſui (quoad licet) quàm latiſſimè poſſum, in laudem tuam dirigo, & tibi per omnia illa placere ſummopere cupio.

5 Directio hæc duplex, ad Clementiſſimum videlicet Deum, & Beatiſſimam Virginem deſtinata, poſt aliquot dierum frequentiam celerrimè fit, initio tamen, & manè præſertim, vbi attentiùs, & expreſſiùs pro die toto concipitur, im penſiſſimo affectu produci debet, vt cordi altiùs imprimatur.

6 Sed præter directionem hanc, ad ſingulos actus, motibus rei conſentaneis cor ad Deum

eri-

erigendum eſt, vt patet exemplo.

EXEMPLVM.

PRo Canonicis horis. Clementiſſime Deus, te laudare deſidero, & Beatiſſimam Virginem, vniuerſos Angelos, ac homines, cum alijs creaturis, & mundos alios innumeros, quos creare poſſes, ad laudem hanc tuam cupidiſſimè conuoco.

Pro Oratione. idem prorſus modus, ac pro horis Canonicis.

Pro Capitulo. Clementiſſime Deus, Peccaui in cælum, & coram te, propitius eſto mihi peccatori, & fac vt me culparum ſeriò pæniteat; fac vt culpæ meæ detegantur, & remedijs efficacibus expientur.

Pro ſacra Confeſſione: idem modus ac pro Capitulo.

Pro Refectorio. Clementiſſime Deus, vocor ad eſum: vtinam vocarer ad martyrium; fac Domine, vt frugaliter veſcar.

Pro Recreatione. Clementiſſime Deus, vocor ad corpus recreandum, vt alacriter redeam ad laborem; vtinam pro te ad torturam vocarer: fac Domine, vt modeſtè agam.

Pro Concione, vel exhortatione. Clementiſſime Deus, te dicentem nunc auditurus ſum: vtinam verba tua imprimantur viſceribus meis, vt melior quàm accedo reuertar: fac Domine,

vt verba teneam, & eliquetur veritas tua in cor meum.

Pro Miſſa. Clemētiſsime Deus, ſacrificio huic dignitatis infinitæ intereſſe cupio, fac vt vigilanter, digneque miniſtrem, ac fructus ſacrificij particeps fiam.

Pro ſacra Communione. Clementiſsime Ieſu Chriſte, te ſumere paro, fac, vt puro corde tibi coniungar.

Pro cubitu. Clementiſsime Deus, quieſcendum mihi nunc eſt: fac, vt ſine corporis indulgentia, ſomno vtar, & ad te laudandum feſtinus expergiſcar.

Pro miniſterio menſæ. Clementiſsime Deus, famulis tuis miniſtrare debeo, fac me ſollicitum, vt eis neceſſaria omnia ſine culpa miniſtrem.

7 Hæc exempli gratia poſuimus, vt ex his Fratres noſtri diſcant actibus externis internos appoſitè conciliare, & vnà cum directione illa quaterna ſuperius deſcripta coniungere: illa quippe ſola, licet meritis fœcunda ſit, non tamen res ſingulas expendit, quas, vt rebus & proximis quoq; ſatis fiat, expendere opus eſt.

De vſu præſentiæ Dei erga quotidianos actus. Cap. III.

1 PRæſentia Dei, (vt in orationis compendio tradidimus) eſt ſtudium, ſiue applicatio mentis ad Deum, ſiue intellectuali, ſiue imaginario modo

modo conceptum: alioquin, ſi ſatis eſſe Deum eſſe præſentem nobis, non tantum nos, ſed vniuerſæ creaturæ ſemper in Dei præſentia verſarentur: at non eſt hic ſanctorum Patrum ſenſus, cùm de præſentia Dei verba faciunt, ſed ille, quem deſcripſimus.

2 Biſariam verò mens applicari poteſt ad Deũ, vel eo modo, quo quis amicum intuetur, cùm nihil aliud præter aſpectum, efficit: vel alio modo, cùm præter intuitum illum, multis affectibus, & virtutum actibus, ſe mens ad Deum excitat, eo modo, quo quis (in allata ſimilitudine) amicum non modo ſpectat, ſed ei dona offert, vel pollicetur.

3 Modus primus, licet interdum vtilitatem afferat, cùm quis, à continuis aſpirationibus interquieſcit, & tantillum ſynceris oculis amanter Chriſtum inſpectat, vulgo tamen otioſus eſt, nec animum inflammat: quamobrem Fratres noſtri ſecundo frequentiſsimè vtantur.

4 Siue enim in cellis maneant, ſiue foras prodeant, ſiue laborent, intercalatis aſpirationibus, ſiue iaculatorijs orationibus, Chriſtum alloqui, ſe illi offerre, profectum ei proponere, nunc humilitatis, nunc gratitudinis, nunc ſpei, nunc amoris, nunc contritionis actũ producere, & cum eo, quicquid agendum eſt, conferre, ac auxilium depoſcere debent.

5 Opera ergo, quæ exercenda ſunt, vnà cum ipſomet Ieſu Chriſto Domino noſtro incepturi, ac per-

ac peracturi, eum ducem noſtrum præeuntem inſpicere, ac multis cordis motibus comitari, in vnoquoque actu nitantur.

6 Nec ſolum hæc Dei præſentia hic circumſcribenda, ſed ad proximos extendenda eſt: vt ſingulos, quaſi Ieſu Chriſti Domini noſtri Fratres, ſic ab eo appellatos, vel tanquam filios eius ſanguine pretioſiſſimo redemptos, & in æternum regnaturos aſpiciant: ex quo, & amor, & reuerentia, & pax, & alia immenſa bona proficiſcuntur: Superiorem autem, & Magiſtrum Chriſti perſonam agere, planum eſt.

7 Quin etiam ſic Dei præſentiæ Fratres noſtri ſe dedere debent, vt nullam prorſus creaturam, puta lignum, vel lapidem, ſine Dei reſpectu intueantur: ſic enim, quot creaturas, tot Dei admonitiones habebunt: ſibique certiſſimè perſuadeant, in paucis capitis huius monitis ferè totam ſpiritualis vitæ ſapientiam poſitam eſſe: vt impoſſibile ſit, cum illorũ incuria, ſpirituales viros euadere.

De vſu Sacramentorum, & examine conſcientiæ. Caput IIII.

1 Frequens Sacramentorum vſus inſignem à Fratribus noſtris puritatem, ac rerum notitiam requirit: decet enim eos, quædam Dei eſſe ſacraria, mores candidos olentia, quibus clementiſſimus Deus oblectetur.

2 Et quod ad Sacramentum pœnitentiæ ſpectat, vigi-

vigilanter caueant, ne culparum leuium (Dei enim gratia graues abſunt) quidam deſpectus obrepat, qui doloris ſenſum adimat: ſi enim leuiſſimas quoque culpas non horreant, nunquam proficient: ſic autem ſe comparabunt.

3 Ieſum Chriſtum Dominum, ac Pontificem noſtrum præſentem imaginatione concipiant, & id ſeorſum coram eo, quod poſtea coram Confeſſario efficiant. Confeſſarium verò adeuntes, & ad eius pedes procumbentes, dolore, quàm poterunt maximo, per tria communia cogitationum, verborum, ac operum capita, omiſſionibus, & vniuerſè totius anteactę vitæ peccatis, ſigillatimque (ad materiam certam aſſignandam) præteritis mendacijs, ad confeſſionis calcem ſubiunctis, culpas deteſtentur: quę confeſſionis methodus æquè ab omnibus tenenda eſt.

4 Hanc quoque (excepta illa materiæ aſſignatione) in examine conſcientiæ obſeruabunt corã Ieſu Chriſto D.N. quaſi ad eos audiendos prę ſideret, quemadmodum, de præparatione ad Sacramentum pœnitentiæ modò dictum ęſt: & vt culpas expient, leuem aliquam, pro illarum modo, ſibi pœnam imponant: qualem videlicet, Cõfeſſarius, pro ſimilibus culpis iniungere ſolet.

5 Huius quoque methodi tria capita percurrẽt, bis per ſingulos menſes, Magiſtro de rebus ſuis omnibus rationem ſynceriſſimè, quaſi Deo reddentes.

6 Euchariſtiæ verò Sacramentum recepturi negligen-

gligentiam vitent,ac multis Fidei, Spei, & Charitatis potiſſimum actibus cordis domum inſtruere curent, qua Rex tantus excipiendus eſt, definito tempore aliquantò, ad eos actūs producendos. Recepto verò ſacramento, Ieſu Chriſto D.N. intra ipſos condito intenſiſſimè vacent: & ad quælibet bona impetranda, & mala propulſanda, tempus illud, quamdiu ſpecies Sacramenti conſumptæ non ſunt, ſciant eſſe opportuniſſimum.

De formula præparationis, qua profeſſuri, & induendi vti debent. Cap. V.

1 QVisquis induendus, vel ſolenniter profeſſurus eſt, in hunc modum ſe comparabit; qui & induendis, & profeſſionem emiſſuris communis eſt: nam qui vellet indui, &, quod ad ſe ſpectat, profiteri formidaret, veſte noſtra parum ſe dignum exhiberet.

2 Hoc ergo dumtaxat diſcrimen ſit oportet, vt quamuis vterque profiteri velit, alter tamen non poſſit.

3 Quamobrem, quod ad animi firmitatem, & affectum attinet, cùm æqualis eſſe debeat vtriuſque voluntas, æquali ſanè modo vtrumque oportet inſtrui, vt idem, quod profeſſurus vouere parat, induendus firmiſſimè obſeruare proponat.

4 Primùm ergo, per tempus ſibi decretum, ad actum illum præmeditandum, cogitabit ſe iam morti

morti propinquum,& actu illo moriturum: eritque ſatis ad rem, ſe quaſi vitulum quendam ſtatim cædendum, & viuo quodam holocauſto exurendum, ac Deo immolandum exiſtimare: & ſic aget, quàm ardenter poterit.

5 Opto, clementiſſime Deus, ad mortem hanc fœlicem duci, ac mihi mori: vt proprio ſenſu prorſus interempto, tibi fœlicius viuam: ſic enim fiam holocauſtum.

6 Cupio ſola voluntate tua regi, vt in rebus etiã minimis obedientiæ præſcriptum ſequar: vt per exercitium voti inter omnia potiſſimi intellectum tibi, ac voluntatem immolem.

7 Deſidero certè omnem carnis, & ſenſuum voluptatem abdicare, ac vitæ auſteritati accuratiſſimè ſtudere; vt per caſtitatis cultum, corpus tibi ſacrificem.

8 Opto vniuerſas mundi diuitias, & commoditates procul arcere, vt Chriſtianam paupertatem mundi dominam amplectens, omnem quæ cogitari poteſt, opulentiam tibi offeram.

9 Quia verò in hoc myſtico ſacrificio tibi à me reddendo affectus ardere debet, ac latiſſimè patere: cupio clementiſſime Deus, per Vnigeniti tui, & Beatiſsimæ Virginis, & vniuerſa Angelorum, & hominum corda tibi grata intra me condere, & vnà cum corde meo, in holocauſto actus iſtius, quem ſtatim obiturus ſum, ad æternam laudem tibi deuouere; & quoad poſſum religioſiſsimè deuoueo.

X 10 Cle-

INDEX RERVM IN HOC LIBELLO CONTENTARVM.

Quarum numerus prior paginam, alter numeri notam demonſtrat.

A

ABominatio, vide fuga.
Abſtinentia, quid ſit. pag 140.nu.2
Abſtinentia actus interni. 142.num.12. externi. 143.nu.13
Ad abſtinentiam colendam rationes. 144.nu.16
Abſtinentiæ fructus. 146.nu.23
Acedia, quid, filiæ eius. 6. 254.nu.36.37
Acediæ remedia petantur, ex diligentia.
Actus virtutum quomodo hic ſumantur. 192.nu.12
Actus obedientiæ, quo ſpiritu obeundi. 300.nu.7
Actus communes ex aſſuetudine, & ſine ſpirituali conatu frequentare, quàm nociuum. 302.num.12
Exempla pro hac doctrina. 303.nu.16
Affectui magis quam diſcurſui, in oratione vacandũ. 281.n.3
Amor quid ſit, effectus. 15.nu:4.16.nu.9
Amoris diſordinati remedia. 18.nu.2.19.nu.6
Amorem qui moderari nouerit, de omnibus paſſionibus victoriam reportabit compendio & ſuauiter. 22.nu.18
Amoris mortificandi ratio, & exemplum. 22.nu.20
Amori dediti, ad ſperandum & audendum habiliores. 32.n.5
Amor temporalium, omnium malorum origo. 279.nu.23
Animi anxietates moleſtiores, quã corporis, & quare. 26.n.11
Animæ vires, tripliciter diuiduntur. 47.nu.5
Appetitus quomodo rationi obtemperet. 21.nu.23

Auari-

Auaritia quid, trifariam accipitur, ſpecies eius, filiæ eius. 7. 251. *per totam.*
Auaritiæ remedia petantur ex paupertate.
Audacia quid ſit. 31.nu.3
Audenda quænam ſint. Exemplum. 33.nu.8

B

Beatitudines quomodo differunt à fructibus Spiritus ſancti, & quot ſint. 271.nu.5
Bellum aduerſus veterem hominem, interno, & externo conflictu peragendum. 3.nu.12
Boni nomine, intelligitur, vel verum bonum, vel apparens, in hoc loco. 25.nu.7

C

Carnis detrimento ſpiritus ſaluandus. 117.nu.28
Carnalis voluptatis damna. 118.nu.29
Carni propitium, nihil expoſcendum Religioſo, niſi neceſſitas Superiorem lateat. 134.nu.27
Caſtitas quid ſit, commendatur ab exemplis. 111.nu.0
Caſtitatis gradus ad duo capita reducuntur. 113.nu.14
Caſtitas perfecta à ſpiritualibus etiam abſtinet. 113.nu.15
Caſtitatis actus interni, & externi. 115.nu.20
Ad caſtitatem perfectam etiam à ſeipſo cauendum in viſu & tactu. 115.nu.23
Ad caſtitatem ſalubria documenta. 117.nu.25
Caſtitatis actus qui ſint. 117.nu.26
Ad caſtitatem colendam rationes. 118.nu.29
Caſtitatis ſtudiũ debet oratione potiſſimum fulciri. 120.n.38
Charitatis definitio, & eius explanatio. 81.nu.1
Charitate deficiente cæteræ virtutes ſunt informes. 81.nu.2
Charitas ſemper manet. 83 nu.11
Charitas commendatur, quomodo. 83.nu.12
Charitatis actus, & quomodo exercendi. 85. & ſeq.
Charitas erga proximum quænam ſit. 86.nu.10

Cha-

Charitatis erga proximũ actus, & quomodo interdum in cœnobio ab ijs deſiſtendum. 87.nu.21
Charitatis effectus,& ad quæ capita refertur. 88.nu.23.24
Ad charitatem comparandam rationes. 89.nu 26
Charitas erga Deum concepta proximi amorem quantumuis indigni continuò inducit. 93.nu.42
Ad charitatem erga proximũ comparãdam rationes. 93.n.43
Cæleſtium modica ſcientia cæteras antecellit. 119.nu.33
Concupiſcibilis eſt origo & finis omnium paſſionum. 14.nu.1
Concupiſcibilis effectus. 12.nu.10
Concupiſcentia quid,vide deſiderium.
Conſcientia,quid,& quomodo à ſyndereſi differt. 38.nu.8
Contemplatio Diuina quid ſit, & ſub qua beatitudine reponatur. 272.nu.7
Contritio eſt actus pœnitentiæ,in quo conſiſtit. 132.nu.16
Corripere,aut erudire,non eſt iuniorum.

D

DElectationis inordinatæ remedia,vide gaudij.
Delectatione potiſſimum quiſque trahitur. 17.nu.11
Deſiderij inordinati, & gaudij remedia. 20.nu.9
Deſperatio quid,effectus eius,remedia. 36.nu.10
Deſperationis vſus, non tam ordinariuſ aut minus proprius, quàm aliarum paſſionum. 41.nu.20
Deteſtatio,peccato ſoli debetur. 28.nu.18
Deuotio,interdum pro triſtitia ſupponitur. 174.nu.16
Deuotio quid ſit,& eius effectus. 280.nu.2
Deuotio vera quomodo ab apparente diſcernitur,& eius cauſæ. 291.nu.5.292.nu.10
Deuoti,qui appellentur,& quare. 292.nu.1
Deuotio erga S.Euchariſtiam commendatur. 293.nu.2
Deuotio erga Beatiſſimã Virginem commendatur. 294.nu.20
Deuotio mediocris erga Beatiſſimam Virginem non decet Carmelitas,qui peculiariter ſunt eius filij. 296.nu.24
Deuotio erga Sanctum Ioſeph,& noſtri Ordinis Sanctos commendatur. 297.nu.29

Diligentia quid ſit, & quàm neceſſaria. 227.nu.13
Diligentia Angelis aſſimilat. eius vtilitas. 228.nu.6
Diligentia deſertores Dei oculos offendunt. 229.nu.10
Diligentia actus interni, & externi. 230.nu.12
Diligentiæ actus exercendi vbique occurrunt. 231.nu.13
Ad diligentiam acquirendam rationes. 232.nu.16
Diligenter operari minus laborioſum, quã negligẽter. 232.n.17
Ad diligentiam monita ſaluberrima. 234.nu.0
Diſciplina omnis vita noſtra ad 4. capita redigitur. 7.nu.1
Directio cogitationum quomodo facienda. 64.nu.14
Directionis generalis formula. 313.nu.2
Directionis formula Beatiſſimæ Virgini peculiaris. & quomodo cum Chriſti directione copulanda. 314.nu.4
Directionum formula ad actus ſingulos. 311.nu.6
Dolor, vide triſtitia, & inter vtrumque differentiam.
Dolor quaſi animi vinculum eſt. 25.nu.10
Dona Spiritus ſancti ad quid homini data. 265.nu.2
Dona Sp. S. quæ ſint, quot, & eorum fides & dignitas. 265.n.3
Ad donorum intelligentiam apta ſimilitudo. 266.nu.6
Donorum officia ſigillatim exponuntur. 266.nu.7
Donorum actus quando & quomodo exercentur, & exempla de ijs. 267.nu.9.10
Ad donorum motum quomodo coaptamur. 269.nu.16

E

Ecſtaſis quid ſit. 16.nu.10
Exercitia priuata communibus præferre, quantum malum ſit. 299.nu.2
Exercitia quotidiana Nouitiorum. 304.nu.1
Exercitia cuiuſlibet hebdomadæ. 309.nu.1
Exercitia menſtrua. 310.nu.1
Exercitia annua. 311.nu.1

F

Feruor quid ſit, & quomodo generetur. 16.nu.7
Fides quid ſit, & eius partes. 59.nu.1
Fidei effectus, actus. 6. & encomia. & ſeqq.

Fidei robur ad comparandum quid iuuet. 63.nu.17
Fidei,vel veritatum Diuinarum rationes. 65.nu.19
Fidei firmitas vnde aſtruitur. 66.nu.21
Fidei ratio firmiſſima,& inſolubilis. 69.nu.34
Fructus Spiritus ſancti ad quid dati, cur ita vocati, & quot ſint. 271.nu.1.2.7
Fruitio quid ſit, & quomodo generetur. 16.nu.8
Fuga ſeu abominatio quid ſit. 24.nu.3

G

GAudij inordinati remedia. 20.nu 9
Gratitudo quid ſit,& eius laus. 209.nu.3
Gratitudinis munus,& eius actus. 211.& ſeqq.
Ad gratitudinem comparandam rationes. 214.nu.17
Gratia gratis data quibus,& ad quid dentur. 273.nu.10
Gratiarum actio pro oratione. 285 nu.34
Gula effectus,& remedia. 141,nu.9.& 143.nu,14
Gula quid ſit,ſpecies,& filiæ eius quinque. 150.nu.23
Gulæ remedia ſumantur ex ſobrietate.
Guloſos Deus odit,& ad quos pertineant. 141.nu.25

H

HOſtes interni improbitate delaſſant, quos ſæuitia proſtrare nequeunt. 11.nu.3
Honeſtum & vtile non traherent cor humanum, niſi eſſet delectatio. 17.nu.12
Hoſtia quadruplici fœcundari poteſt quæuis oblatio Deo facta. 286.num.35
Humilitas,quid ſit,& vbi conſiſtit. 147.nu.2
Humilitas commendatur,quid ad eam requiritur. 148.nu.7
Humilitatis gradus præcipui quatuor. 150.nu.14
Humilitatis altera diuiſio practica. 150.nu.15
De humilitate notabile digniſſimum. 151.nu.16
Humilitatis actus interni,& externi. 151.nu.17 & 19
Pro humilitate viriliter certandum,& quare. 154.nu.21
Humilitatis effectus, & exempla. 156.nu.25
Hyperdulia:ad Beatiſſimam Virginem Mariam. 294.nu.10

I

IGnauia mala, & incommoda. 225.*nu*.21
Inconſtantia turpitudo. & damna. 240.*nu*.18
Inuidia quid ſit, vnde. & filia eius quinque. 249.*nu*.19
Inuidia exempla Clauſtralia. 249.*nu*.21
Inuidia aduerſus valde præſtantes non excitatur.
Inuidia remedia petantur ex charitate.
Inſtituti noſtri finis duplex. 8.*nu*.7
Ira quid, quotuplex, filia eius, & effectus. 36.*nu*.4. & 37.*nu*.8. 252.*nu* 31. *& remedia. ibidem.*
Ira appetit malum ſub ratione boni. 37.*nu*.8
Ira inter omnes paſſiones iudicium obturbat. *ibidem.*
Iræ indicia externa, & remedia. 40.*nu*.17
Ira non excitatur, quin cenodoxia præcedat. 248.*nu*.17
Ira non habet contrariam paſſionem. 35.*nu*.1
Iraſcibilis, concupiſcibilem ſupponit, & ei ſuccurrit. 31.*nu*.2
Iudicium ferendum quomodo. 269.*nu*.15

L

LAboribus ſaltē internis nemo prorſus liber exiſtit. 174.*n*.17
Lætitiæ cauſa nulla æqualis, aliquam habent veri Religioſi. 50.*nu* 24
Languor quid ſit, & quomodo generetur. 16.*nu*.7
Liquefactio quid ſit. 16 *nu*.10
Loqui ſine licentia nedū in recreatione nemini licet. 306.*n*.13
Luxuria quid ſit, & ſpecies eius ſex, filiæ octo. 213.*nu*.33
Luxuriæ gradus quinque, actus quatuor ab ea prodientes. ibid.
Luxuriæ remedia petantur ex caſtitate.

M

MAgnanimitas quid ſit. Commendatur. 218. *num*. 23
Actus eius interni, & externi. 222
Ad magnanimitatem pertinent quædam opera, quæ non niſi petentibus iniunguntur. 222. *nu* 11
Magnanimitate maxima lucra parantur. 222 *nu*. 12
Magnanimitatis exempla varia. 224. *nu*. 6

Maius

Maius eſt propriũ appetitũ quàm mœnia expugnare. 224.*n.* 17
Magnanimorum partes, quæ ſint. 224.*nu.* 20
Magnanimitatis neceſſitas, & exempla præſertim B. Thereſiæ matris noſtræ. 226.*nu* 26
Manſuetudo quid, & eius officium. 159.*nu.* 2
Manſuetudinis ſigna, effectus. 159.*nu* 4
Manſuetudinis gradus ad quinque reducuntur. 162.*nu.* 14
Manſuetudinis actus interni, & externi. 162
Manſuetudo, irati proximi medicina debet eſſe. 163. *nu.* 18
Ad manſuetudinem comparandam rationes. 164.*nu.* 20
Manſuetorum conſortium omnes appetunt. 166.*nu.* 24
Manſuetudo trino titulo decoratur. 168.*nu.* 30
Manſuetudo Chriſtiana imperium Rom. ſubiugauit. 169.*n* 31
Manſuetudo eos potiſſimum capit, quos acriores hoſtes ad tempus tulit. 169.*nu.* 34
Mariæ Virginis encomia aliqua. 294.*nu.* 13
Meditatio quid ſit & eius partes. 281.*nu.* 30
Meditatio ſit bifariam. 281.*nu.* 31
Pro meditatione monita & regulæ. 282.*nu.* 16
Membra exteriora quomodo rationi, & appetitus quomodo eidem obtemperet. 21.*nu.* 23
Mentis tanto pinguior quanto corporis tenuior paſtus. 140.*n.* 5
Præmeditari agenda quantum proſit. 2 *nu.* 5
Mentis eleuatio quàm neceſſaria inter operandum, & in omni occaſione. 278.*nu.* 20
Modeſtia quid ſit, eius partes. 180.*nu.* 1
Modeſtiæ regulæ circa membra exteriora. 182.*nu.* 0
Modeſtia ſecum, & circa alios. 185.*nu.* 11
Modeſtiæ vtilitas, quibus modis perficitur. 186.*nu.* 13
Modeſtia oculorum, & eius actus. 190.*nu.* 23
Modeſtia oculorum, meriti feraciſſima. 190.*nu.* 9
Modeſtia oculorum vbi præſertim ſummo rigore obſeruanda. 193.*num.* 18. *Remedia.* *ibidem.*
Ad modeſtiam oculorum rationes. 193.*nu.* 21
Immodeſtiæ damna & exempla. 195.*nu.* 25
Mœſtitia, vide triſtitia.
Monachus verus & fictus quomodo differunt.

Mutua inheſio quid ſit. 16.nu.10

N

Negligentia in omni loco obrepit & meritum, vt plurimum extinguit. 131.nu.13
Nouitio magna deſideria concipienda. 5.nu.2
Nouitius quomodo erga Magiſtrum debeat eſſe fidelis. 21.n.14
Nouitius quid acturus, ſi ei permittatur res appetitui conſentanea, ne morbus inualeſcat. 21.nu.15

O

Obedientia definitio, dignitas. 99.nu.2.7
Obedientiæ actus & effectus, & in qua parte animæ conſiſtit, & quæ perfectior. 102.nu.8
Cum obedientia & ex obedientia quid differunt. 103.nu.11
cum obedientia, interdum malum poteſt eſſe.
Ex obedientia non poteſt obrepere malum, niſi ſubditi vitio, actus corrumpatur. 103.nu.23
Obedientiæ circumſtantiæ, gradus. 103.nu.24
Obedientiæ actus nonnulli quos expoſtulare, quàm expectare perfectius eſt. 105.nu.27
Obedientes veri quid faciunt. 105.nu.30
Ad obedientiã comparandam, & ad contraria vitia elidenda rationes. 105.n.34
Obedientia holocauſtum nobiliſſimum. ibidem.
Obedientia regularis cum ſæculari confertur. 108.nu.36
Obediens Religioſus Deum habet pædagogum. ibidem.
Obedientia, remedium contra omnes tentationes. 109.nu.39
Obedientiæ Chriſti exemplum. 109.nu.40
Oblatio quo loco annectenda in oratione, & de quibus facienda. 286.nu.37
Oculi. vide modeſtia oculorum.
Odium quid ſit. 23.nu.2
Orationis ſtudium aliis remediis coniungendũ, & quare. 45.n.9
Oratio quid ſit, & eius dignitas, effectus. 274
Orationi deditus rectam beatitudinis viam iam ingredi cœpit. 276.nu.10
Cur à dæmone impugnentur. 276.nu.11
Orationi quantum vacare debeant noſtri. 277.nu.19

Orationis bonum triplex. 179.nu.24
Orationis vtilitas & facilitas probatur. 179.nu.25
Orationis definitio, & partes. 180.nu.26

P

Pacis tempore ad belli tempus ſe præcingant. 239.nu.14
Paſſio quid ſit, vbi reſidet, quot ſint, earum obiecta, & quid proſequuntur. 11.12.nu. vſque ad 9
Paſſionum pugna quibus comparatur. 13.nu.13
Paſſiones omnes ab amore originem ducunt. 14.nu.13
Paſſionibus noſtris Deus noluit paſtum auferre, ſed ad meliora transferre. 18.nu.13
Paſſionum remedia triplicia. 20.nu.10
Paſſiones excitandi modus, ad maius meritum. 30.nu.26
Paſſiones ſi benè moderemur aliæ aliarũ ſunt remedia. 31.n.14
Paſſionibus dignoſcendis monita. 73.nu.2
Paſſiones non niſi præcurrente ſenſuũ notitia excitãtur. 45.n.9
In hoc ſtudio de paſſionum mortificatione, quomodo ſocordes à ſtudioſis dignoſcantur. 42.nu.1
A qua paſſione quis moleſtius infeſtatur diligenter animaduertat. 44.nu.5
Paſſiones ſunt vitiorum fontes, & virtutum ſeminaria, quomodo, vide. 48.nu.10
Ad paſſiones reformandas exempla actuũ externorũ. 45.nu.8
Patientia quid ſit, & vbi reſideat. 170.nu.1
Patientia, charitatis fructus primogenitus. 170.nu.3
Patientia ſyncera charitatis nota. 170.nu.4
Patientia hominis fœlicitatem promouet. 171.nu.6
Patientiæ actus interni & externi. 172.nu.10
Patientiæ gradus idem qui & manſuetudinis.
Remedia contra impatientiam. 173.nu.15
Vide etiam remedia contra triſtitiam.
Patientia maximè commendatur. 173.nu.20
Ad patientiæ exercitium, alacritas requiritur.
Rationes quæ ad eam mouent. 174.nu.17
Patientia vnica Illuſtrium laus. 174.175
Patientia virtus caſtra Dei exornat. 176

Patientiæ exemplum B.V. Thereſiæ. 179.nu.18
Paupertas quid ſit, dignitas, & vtilitas eius. 121.nu.1
Pauperes Euangelici ſunt prudentes mercatores. 122.nu.7
Paupertas Chriſti ex abdicatione externa & interna componitur. 123.nu.10
Pauperes ſpiritu qui ſint. 123.nu.11
Paupertatis actus externi & interni. 124.125
Paupertas non eſt vbi nihil neceſſarij deeſt. 125.nu.16
Paupertatis meritum vt non decreſcat, quomodo ſe gerant, quibus nihil neceſſarij deeſt. 126.nu.20
Paupertas carnis inimica, quibus ex capitibus maximè commendetur. 126.nu.22
Peccator quæ damna incurrit, dum peccat. 137.nu.34
Peccatori optio datur hic aut in futuro ſatisfaciendi. 138.n.37
In peccato ſumma vilitas ineſt. 280.nu.28
Pro peccatorum remiſſione Deus exorandus, ac ſi ſciretur certo eum non peperciſſe. 132.nu.11
Ad perfectionem acquirendam, quibus medijs vtitur noſtra Religio. 8.nu.43
Perfecti athletæ Chriſti partis inferioris rebellione etiam vexantur. 3.nu.9
Penetratio quid ſit. 17.nu.10
Perſeuerentia quid ſit, & eius neceſſitas. 236.nu.3
Pro perſeuerantiæ actibus, admonitio. 238.nu.12
Perſeuerantiæ actus interni. 238.nu.13
Non perſeuerantes in vocatione quales. 241.nu.20
Perſeuerantiæ vis, dignitas, & fructus, in hoc ſæculo dignoſci non poteſt. 241.nu.22
Perſeuerantiæ præmia. 242.nu.23
Petitio quando ſubnectitur in oratione; & de quibus debet fieri, & qua fide. 287.nu.36
Fidei roborandæ cauſa tres rationes pro petitione validiſſimæ. 287.un.38
Philautia. I. amor ſui in amentiam homines præcipitat. 177.nu.23
Ad pænitentiam amplectendam rationes. 132.& 35
Pænitentia virtus quid ſit, eius dignitas, & vtilitas. 130.0.

Pæniten-

Pœnitentiæ actus externi & interni. 133.nu.17
Præparatio ad orationem quotuplex. 280.nu.28
Præparatio proxima quibus affectibus conſtat. 281.nu.0
Præſentia Dei duplex. 282.nu.32. & 316.nu.1
Præſentiæ Dei copulanda B.Virginis præſentia. 279.nu.27
Profectus maior eſt eorum qui natura corrupta habitudine variis vitiorum ſtimulis urgentur, quàm eorum qui non tentantur. 16.nu.13
Profeſſionem emiſſuri quid ante faciant. 312.nu.6
Prudentiæ officium. & quare de ea non tractat auctor, & quænam ſubditis quadret. 228.& 95.nu.3
Prudentia in Nouitiis damnabilis. 228.nu.3

R

Recreationes noſtræ extraordinariæ de quibus ut plurimum ſolent eſſe. 312
Rationalis pars in homine quid ſit. 48.nu.7
Religio quid ſit, & eius actus. 274.nu.2

S

Senſuum impugnatio, periculoſiſſimus hoſtis. 10.nu.1
hanc vocat Apoſtolus mortem. nu.2
Inferior pars ſenſitiua, quæ ſit. 78.nu.5
Scientia ſæcularis in Monaſteriis deponenda. 300.nu.4
Singularitas, quantum fugienda. 302.nu.11
Silentium, ex quibus maximè commendatur. 198.nu.3
Silentii munus quid ſit. 199.nu.12
Silentium in iunioribus utilia etiam reſecat. 200.nu.12
Silentium nimium quare tolerabile. 201.nu.15
Silentii actus interni & externi. 202.& 203
Vtilis monitio circa ſtrictum ſilentium. 202.nu.18
Silentii colendi rationes. 204.nu.24
Silentium perfectiſſimum quodnam ſit. 207.nu.31
Sobrietas, vide Abſtinentia.
Sollicitudo, vide Diligentia.
Spes quid ſit. 31. quænam ſperanda. 33.nu 8
Spei definitio. Commendatio. Fundamenta. Actus. Remedia,

dia. Rationes pro ſpe : 71. vſque ad 76
Spei fomenta tria validiſſima. 289.nu.41
Superbia quid, quomodo à PP. accipitur. 243.nu.3
Superbiæ proprium. Species quatuor Gradus duodecim. 244
Superbia pro leuibus rebus excitari ſolet. 246.nu.10
Superbiæ remedia tria. 247.nu.12
Superior ſubdito quare interdum indulgeat. 103.nu.22
Superioribus etiam graues contra ipſoſmet tentationes aperiende. 161.nu.31
Superiorem vt Deum intueri, quantum proſit. 107.nu.32
Reuerentia & amor erga Superiores quantum bonum. ibid.
Synderesis quid ſit. 48.nu 8

T

De tentationibus, & earum notitia. 47.nu.1
Quomodo in tentationibus peccatur. 19.nu.7
Thereſiæ dictum, aut pati, aut mori. 179.nu.32
Timore nihil peius, ad grandia vocatis. 4.nu.16
Timor quid ſit. Effectus. Remedia. 36.vſque 39
Triſtitia quid ſit. Remedia. quare dicatur virtutis capitalis inimicus. Mala eius. 24. vſque 29
Ad triſtitiam depellendam rationes. 29.nu.23

V

Vana gloria quid ſit. Effectus. Filiæ ſex. 247.nu.13
Vana gloria in leuioribus deſæuire ſolet. 247.nu.17
Vanæ gloriæ remedia ab humilitate petantur.
Verecundia, & erubeſcentia non ſunt virtutes. 180.nu.2
Vnio quid ſit. hæc ſola finis noſter. 16.nu.10. & p.190
Virtus quid ſit, Effectus, Obiecta. 54.vſque 55
Virtutes omnibus ſtatibus ſunt eædem quoad ſpeciem. 56.n.16
Virtutis colendæ modi diuerſi ineundi. 57.nu.19
Virtutum exercitia nunquam omittenda, quare. 58.nu.23
Virtus, Dei ſemen eſt, & per ſe deſiderabilis. 58.nu.26
Virtutes morales aliæ infuſæ, aliæ acquiſitæ, earum officium. Differentia, Effectus. 94. vſque ad 97
Virtutis cultura contrario affectu nobilitatur. 161.nu.12

Virtu-

Virtutum ſpecies tot quis in opere contrahit, quot fines hone ſtos concipit. 256.nu.2
Virtuti cui maximè incumbendum. 257.nu.5
Virtutis vnius ſtudium commendatur doctrina, & exemplificatur. 257. vſque ad 260
Virtutum certamina quando & quomodo fiant. 310. 312
De vitijs capitalibus quare hic tractatus inſertus ſit. 253.n.35
Vitijs reſiſtendi compendioſa doctrina. 255.nu. 1

Z

Zelus quid ſit. 17.nu.10

E R R A T A.

Pag.	nu.	Errata	Corrige
2	7	culpam	culpa
29	23	ſordibus	in ſordibus
46	20	paſsionem	paſsionum
50	11	innuit	inſinuet
51	14	culpæ	culpa
55	8	ſyncerrimis	ſynceriſſimis
55	8	componius.	componi.
58	21	quoad	quod hac
72	5	ſuperius	ſuſpenſus
74		ad annotationem oppoſito	propoſito
76	18	noſtras	nos tres
83	8	protulerunt	protulerint
91	32	præſtaturus	præſtiturus
92	36	poſt beliuarũ	deeſt pabulo
95	4	pare	pares
ibidem		as	ad
104	25	expugnato	expurgato
65	27	ecce mitte	ecce ego mitte
108	37	fructibus	fratribus
109	40	ad cõmodũ	& commodũ
111	2	eſſet	eſt
118	29	matrimonia	patrimonia
110	43	Cum ergo	Curent ergo
120	38	præſtantiſſimum	præſentiſsiſimum
122	5	reſpicere	deſpicere
142	12	temperatiſſiwe	temperantiſſime
154	22	omne	ommem
158	1	ſummum	ſummam
163	17	mœrore	mœrorem
173	13	debes	debet
204	24	ad	at
215	21	ingrati	grati
223	10	audiẽtibus	audentibus
225	21	motu	metu
237	10	celerrima	creberrima
247	12	ſint	ſunt
258	8	intenræ	intentè
267	10	ex alij &	& alij ex
268	10	petracti	pertracti
269	17	auigere	augere
276	12	lin. vltim.	ante exercitio deeſt huic
282	33	poſt	imaginatio abundat ne
313	2	accuratiſſime	arctiſsime

Digitized by Google

REGISTRVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes ſunt quaterniones præter ✠ duernionem.

R O M AE,

Apud Carolum Vulliettum. MDCV.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google